

...no effect iper
...de nos
...ad hoc
...no
...in. l. si

Ubi dicitur in l. si quis
...
Sed in l. si quis
...
Item in l. si quis
...
Ubi dicitur in l. si quis
...
Sed in l. si quis
...
Item in l. si quis
...
Ubi dicitur in l. si quis
...
Sed in l. si quis
...
Item in l. si quis
...

...
autem
de hoc
etiam ut
Spe. in
de prob.
ij. vers.
et per
in. l. si
si. or.

...
...
...
...
...
...
...
...
...
...



U. q. 17, 8



DISPUTATIO JURIDICA
DE
USUFRUCTU,

Quam
DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

SPECTABILI PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN.

JOHANNIS STRAUCHII

JCTI, ET PANDECT. PROF. PUBL. FAMI-
GERATISSIMI, CONSILIARII SAXONICI SPE-
CTATISSIMI, JUDICII PROVINCIALIS, FACULT.

JURID. ET SCABINAT. ASSESSORIS GRA-
VISSIMI,

Dn. Patroni & Præceptoris sui debitè perpetim
devenerandi,

AD DIEM XXV. MAIJ

publicitùs enodandum proponit

JOHANN-MARTIN Köler/

AUTOR.

J E N Æ

LITERIS JOHANNIS NISII,

M DC LIII.

DISSELTATIO JURIDICA

USURFRUCTU

SIVINA ADIURANTE GRATA

DE

JOHANNES

ET PAULUS

JOHANNES

LEONARDUS

MDCC





Κατὰ τὴν τῆς Θεᾶς Διόρθωσιν.

THESIS I.



Quantumvis juri naturæ (non tam positivo quàm negativo) originem accepto ferat rerum omnium communio, *can. Jus naturale dist. 1.* quæ in statu quidem naturæ lapsæ, & ante diluvium, & post reparatō mundō, velut unum cunctorum patrimonium ita protinus & diutulè de se duravit, cùm tanta terrarum latitudo & rerum omnium ubertas, generi humano à DEO attributa, *Genes. cap. 1. vers. 26. 29. 30. & cap. 9. v. 2.* HUGO GROTIUS in *stupendo opere, de Jur. B. & P. lib. 2. c. 2. num. 1.* facilè tam exiguo tum ejus numerō sufficeret; quo casu in illarum singulari occupatione ita fortè, ut hodiènum in litoribus, moris fuisse suspicor, ut ab occupante res sibi primùm obviæ ad usum suum applicarentur, proprietate comunî remanente, ac cessante usu quasi jure postliminii in pristinam causam reverterentur, *Excellent. Dn. STRUV. Præcept. meus pl. deven. Exerc. Feud. 1. exeg. tb. 1.* Attamen ut cœtus & societates hominum jam constitutæ sunt, quorum indoles, incredibilem inde voluptatem persentiscens, vitæ genus ex malitiis delegit exquisitiùs: Spectatâ mortalium conditione (quæ est sui amans & alieni negligens) recta ratio & experientia dictavit, non ampliùs communionem perstituram, *arg. l. Cum pater. 77. §. 20. ff. de legat. 2.* quandoquidem intuitu adultæ iniquitatis illam citra rixas retineri fermè impossibile visum erat, quòd pleræque res, quàm earum usus sit, priùs culturam requirantur, prout vel elucescit ex communione saltem inter pauciores sociata, *l. In re. 26. ff. de S. P. U. Conf. ARIST. lib. 2. Pol. c. 5.* Eaquæ propter necessariâ consequentiâ jureg. simul dominiorum distinctiones & commercia fuerunt introducta, *l. Ex hoc 5. ff. de J. & J.* Id quod si in statu innocentie substitissent homines, haud dubiè fuissent averfaturi, quia non erat necessarium, contrariumque erat condecens, *MOLINA Tr. 2. D. 10. n. 6. de J. & J. DICASTILLO lib. 2. tr. 1. D. 1. dub. 10. n. 129. de J. & J.* Enimverò jus civ. interveniens, posteaquam tali instituto obviare intempestivæ vide-

batur sapientiæ, non unas ob causas illud comprobavit, *S. singulorum. II. Inst. de R. D. l. 1. ff. de A. R. D.* Quod juri divino quoque congruit, *arg. septimi præc. in Decal. & 1. Reg. 21. v. 2. & seqq.* nec fortè per legem Evangelicam sublatum reperire est, DANÆUS 2. *Et b. Christ. c. 15.* DN. LUDWELL. *D. 4. th. 4. exeg. lit. A.* Hinc post usum promiscuum singulorum cœpit loco universalis proprietatis, quæ apud totum genus humanum, ut universos erat, singularis quoque proprietatis, rerum nempe immobilium, cujus vi dominus alios omnes ab usu rei suæ excludere potest. Quia verò homo extra societatem degere non potest, nec quæ ad vitam necessaria, soli suppetunt, ideo mutuis officiis necessariò hæc societas erat conservanda. Hinc usu & necessitate etiam exigentibus rursus cœperunt domini de jure sui domini aliquid in gratiam aliorum remittere, usum nempe, & fructum etiam suarum rerum aliis certis modis indulgentes, unde servitutes, emphyteuses, feuda & similia jura nata sunt, SUTHOLT. *D. 5. th. 7.* DN. TABOR. *part. Elem. partit. 2. th. 1. num. 11.* DN. Hahn *in observ. ad Wesemb. ff. h. t. n. 1.*

II. At enim quod servitutes attinet nomen hoc pressè ad statum personarum, sui naturâ liberarum, pertinet, quæ quò magis potestati dominorum subjacent, eò magis servitutum servire æstimantur, qua de re in *Inst. de Jur. pers.* E converso res cùm naturâ ita liberæ non sint, quò magis quasi imperio & dominorum juri sese vindicant, eò magis existimantur liberæ, *l. Traditio. 20. S. 1. ff. de A. R. D. l. Qui uti. 90. ff. de V. S.* BACH. *ad Wesemb. ff. h. t. n. 3.* Et verò contemplatione domini, cujus compagem identidem convelli patiuntur domini, quodammodò translatione quadam illæ res dicuntur servæ & servire: quippe quarum substantiam præfata servitutes non contingunt, sed earundem qualitatibus nonnihil detrahunt, *arg. l. Quid aliud. 86. de V. S.* DONELL. *lib. 9. c. 21. pr. Magnif.* DN. FRANTZK. *ad ff. h. t. n. 2.* Quò sensu rectè dicuntur patientia, quâ res ad usum obnoxia est alterius dominatui: dominatus verò potentia, cui subjicitur id quod servit, *arg. l. De pupillo. 5. S. 9. in fin. ff. de nov. oper. nunc.* Et quoniam ad dijudicandam servitutum qualitatem id potissimùm, cui debentur, correlativum inspicere consuevimus, hinc sumtâ ab eodem denominatione dantur quædam personales, quædam reales seu prædiales, *l. 1. ff. de servit.* Personales indigitant, quando res personæ servit proximè, & ita utilitas ex illa re in ipsam personam immediatè, per se & tanquam *περὶ τὴν* redundat: Et causam habent rerum

rum abundantiam, uni acquisitam, quæ tendit ad sublevandam alterius indigentiam, OLDENDORP. *Cl. 3. act. 4.* Quam servitutum speciem commentatores à phrasi Romanorum recedentes insubidè mixtam appellant; quippe quantum interest inter jus, personas ex justitia distributiva respiciens, & inter illud quod rebus ex justitia commutativa accommodatur, HORNEJ. *Philos. mor. c. 13. n. 1.* tantidem, puto, etiam inter servitutum hominum & rerum inanimatarum, Confer. Dn. Ludw. *ad Wesenb. ff. b. r. n. 1.* Deinceps ab habita primitus consideratione, quòd è re hominis videbatur jus utendi-fruendi, ad ejus exemplum perniciùs expensum est, etiam aliorum rei suæ spissitudine commodari posse rei alterius: ex quo servitutes reales sunt inductæ, *l. De servitutibus. 2. pr. verb. ad exemplum earum. ff. si servit. vind.* Scil. cum res rei servit *ὡς πρῶτον*, immediatè & tanquam subjecto primo, adeoque exinde obtingens commoditas personæ non nisi *κατ' ἀλλότι πρῶτον*, mediatè sive per aliud primum obvenit: Et promanarunt ex situ rerum distinctarum, usuque & comodo, desiderantibus tum confinium fundorum, tum vicinarum, ædium obsequium, TIM. FAB. *ad Inst. D. 15. th. 3.* Quàm frequens autem, quàm utilis, quamque necessaria servitutum sit materia, nemo ignorat, nisi prorsus in jure hospes. Inter personales primas fert & princeps familiam ducit USUSFRUCTUS, cujus ideam impræsentiarum proponere, placidæque disquisitioni subjicere assumimus. Age verò cur vel malignorum è nostra porticu judiciis deterreamur, vel assequendi desperatione debilemur, cum in rebus arduis omnia experiri oporteat. Quid? quòd prima sequentem (ut Tullii patrociniū noxiæ prætexamus) honestum sit in secundis tertiisque consistere.

III. At verò vetus sanè & rationabilis pariter inolevit consuetudo, ut definitio, ceu proprietatis quædam amussis, & totius exactæ tractationis fundamentum quoddam, præmittatur; quippe alioqui difficilis evadit omnis disputatio, PHILOS. *8. Top. 3.* Et quandoquidem prior quæstio semper esse debet de *ἐπιλευεία τῶ ὀνόματι* (licet potior sit ipsius rei, teste PLATONE in Cratylo) nam & illius sua non minùs quàm hujus est antiquitas BRISSON. *lib. 4. Antiq. c. 23.* utique nefas inde duceremus ab adulto dissertantium modo hac vice declinare, ne Andabatarum more cæteroqui dimicetur, Dn. KESLER. *process. disp. p. gen. c. 1. l. 2.* Sunt verò USUS-FRUCTUS, duæ, non una vox composita. Illa derivatur à verbo **Uti**, quod utilitatem ex re capere denotat: hoc descendere autumant.

alii à ferendo, quòd fructus ferantur, WESENB. ff. de usur. n. 16. SCHNEI-
DEW. ad §. Is verò. 37. Inst. de R. D. alii à fruendo, quòd rebus ejusmodi,
quas fundus fert, fruamur, VARRO lib. 4. de lingv. lat. COPUS de fruct.
lib. 1. tit. 1. c. 2. n. 3. DONATUS ad illud, Adelphis: Huic demus, qui fru-
atur. Græcis *χεῖσις καρπῶν*, *Synops. Basil. rubr. 1. lib. 16.* non satis felici-
ter. Nam qui usumfructum habet & uti potest solùm, & solùm quoque
frui: Cum nomen Græcum non nisi fructuum perceptionem exprimat.
Ἰπικαρπία Glossario veteri. Sed & ipsum Latinum nomen retinere.
JUSTIN. Nov. 7. *Ἰπικαρπία πρῶτα γὰρ ἐκκλησιαστικῶν χεῖσιν, ἤτοι καλῶ-
ν μὲν ἐσθῆθων, & passim. Glossæ vet. verb. juris Labbei: Οὐσῆθων,
κλεψία, ἢ εὐπορῆ, καὶ χεῖσις εὐκαρπίας.* Germanis priscis res
cum nomine ignota, ut liquet ex Tacito: Recentiores ut latinum expri-
merent, finxerūt, *Nieß-Brauch/ Frucht-Nießung/ Nüss-Nießung/* quo-
rum solùm posterius Latino proximè accedit. Porro idem nomen est
πολύσημον: πολυσημασία verò proficiscitur ex primis *περὶ παρχῆσις*
γνώσε elementis, eoque nominis divisio in sua significata primum,
ac necessarium benè definiendi & de qualibet materia legitimè differen-
di, principium vocatur, ARIST. 2. Top. 8. Igitur generaliter & latè sum-
tum est triplicis in jure notionis: alius quippe est Ususfructus formalis,
alius causalis, alius denique nihil aliud, quam fructuum perceptionem
denotat, SUTHOLT. D. 5. th 32.

IV. Causalis est exercitium juris dominici in percipiendis fructi-
bus ex re propria natis, §. fin. Inst. b. t. l. Ususfructus. 4. ff. cod. l. Cum in
fundo. 78. pr. ff. de jur. dot. l. Si cum. 21. §. 3. de except. rei jud. l. Si à reo.
70. §. 2. ff. de fidejuss. l. Si ita. 126. §. 1. ff. de V. O. l. Attalus. 26. vers. sed his.
ff. de usufr. leg. cuius rei ususfructus subtiliter quidem considerari pot-
est, verùm hæc inspectio rarior usu venit, nec tot sortitur effectus, sicut
eo casu, quando alteri conceditur. Ex quo est quòd causalis appella-
tur, sive quòd dominus eum ducat ex causa rei, id est, jure dominii seu
proprietatis, d. l. 21. §. 3. sive quòd is alii usumfructum constituere que-
at, nihil autem sit in effectū, nisi præexistat in causa: Sanè ususfructus in
proprietate ceu sua causa non reperitur formaliter sed eminenter, ut lo-
quuntur Scholæ, vid. l. Quod nostrum. 63. ff. b. t. & l. Sempronius. 26. ff.
de usufr. legat. exemplò calor, qui emittitur ex sole, quippe in quo non
pariter ut in igne calor continetur, nec tamen eo seciùs est calor causa:
prout etiam eos virtualiter duntaxat, quod in cultrum transfert, acumen
habere

habere aestimatur, prælaud. Dn. FRANTZK. *ad ff. h. t. n. 10.* Conf. BACHOV. *princ. Inst. eod. n. 1.* Add. *Ampliss. Dn. STAHL. reg. phil. 10. t. 3.* Estque pars proprietatis integrans, *d. l. 4. ff. h. t. l. Qui usumfructum. 58. ff. de V. S. l. Si Titio. 10. ff. de usufr. leg.* Quo sensu proprietates & ususfructus ut conjuncta dominium constituunt: at separata de se invicem nihil communicant, WESENB. *ad ff. de A. R. D. n. 4.* Et sic aliquando voce Ususfructus metonymicè ipsa proprietates significatur, *l. Species. 15. ff. de aur. & arg. leg. MEIER. in Colleg. Argent. lib. 7. T. 1. tb. 2.* Formalem dicunt jus à proprietate planè separatum, quòd specialem formam habet, & maximè propriè & formaliter ususfructus est, secundum quem tantum non-dominus re alienà utitur, BARBOSA *in l. 58. ff. solut. matrim. n. 1.* CASTILL. *de usufr. c. 1. n. 2.* Et hic ususfructus pars proprietatis esse negatur, cum unumquodvis totum sit, *d. l. Si à reo. 70. §. 2. l. Mævius. 66. §. 2. ff. de legat. 2. l. Rectè. 25. ff. de V. S. ibiq.* GOEDD. SUTHOLT. *D. 5. tb. 36.* Rei quippe substantiam, latè sumtam, adeoque totum hac consideratione ipsa exhibet proprietates, *l. Quæstio 115. ff. eod.* quæ qualitatibus advenientibus, scil. si prædio huic in prædium aliud jus quippiam quærat, tantulum augeri potest, *vid. d. l. Quid aliud. 86. ff. d. t.* Causalis vocatur aliàs mixtus, plenus, conjunctus: at formalis dicitur merus, nudus, separatus, DONELL. *ENUCL. lib. 10. c. 2. lit. E.* qui posterior & intelligitur, quando in LL. simpliciter & indefinitè fit ususfructus mentio, Dn. FRANTZK. *d. l. n. 10.* Verum enim verò quantumvis hæc distinctio à quibusdam neotericis potiùs nominis quàm rei ipsius divisio increpetur, nec ipsa in jure civ. expressè deprehendatur: non facit tamen, quò minus tolerari possit & defendi; quid enim, quæso, de verbis rixamur, ubi de re ipsa constat? potissimum quòd hæc verba sunt methodica artis, colore adinventata ad faciliorem traditionem disciplinæ, BACHOV. *ad Wesenb. ff. h. t. & pr. Inst. eod. n. 1.* ZOES. *ad ff. eod. n. 6. in fin.*

V. Causalem & nudam fructuum perceptionem, cum non nisi κατὰ χρεστικῶς ususfructus nomine insigniantur (postquam res sua nemini servire constat, *l. Hoc quod. 25. ff. de S. P. U.*) eòque huc loci non quadrent, exulare hinc jubemus, quippe solum formalem & servitutibus aggregatum, tenuiter posthinc delibaturi. Nunc igitur ad πραγματολογία. Ususfructus autem formalis dicitur jus alienis rebus utendi, salvâ earum substantiâ. Ita *in l. 1. ff. h. t. & pr. Inst. eod.* generis vicem τὸ Jus obtinet: Quæ definitio authentica præ metho-

thodiorum aliis omnibus retinenda, & commodâ interpretatione ju-
 vanda, sicubi opus. Hæc verò definitio est τὸν ἀγὸς ἐν & potissimum ad
 usumfructum pertinet earum rerum, quæ usu non consumuntur, secun-
 dario & per similitudinem ad res usum sine abusu non præbentes. Du-
 plex ergò est Ususfructus verus & quasi talis, seu proprius & impro-
 prius, LYKLAM. lib. 7. Membr. Ecl. 29. quorum ille in rebus, quibus
 salvâ substantiâ uti possumus, hic in iis quæ usu consumuntur, situs est,
 TREUTL. vol. 1. D. 16. th. 2. lit. A. quarum quidem posteriorum summâ
 ratione nec inter vivos, nec ultimâ voluntate ususfructus videbatur con-
 stituendus: *non illic*, quia protenus tunc mutuum contrahitur; *neg, hic*,
 quoniam ob rerum absumedinem proprietas separari aut salva remane-
 re non potest; *neutrubi*, cum ex sese præter id, quod sunt, fructum non
 producant, ut ostendit CICERO in *Top.* Sed enim ut ultimâ voluntate,
 sensim ejusmodi servitutes irrepebant: quò magis pateret rerum omni-
 um utilitas, SCtò (cujus meminit l. 1. C. b. t. & l. ult. ff. usufr. quem adm.
 cav.) haud sine causa deinceps communitæ sunt; & hæctenus in gratiam
 testatorum improprius ususfructus introductus est, l. 1. ff. de usufr. ear.
 rer. BACHOV. ad §. Constituitur. 2. Inst. b. t. Ex quo est, quod in proprio
 essentialia ususfructûs perfectè insunt: improprius autem non est de na-
 tura generis perfectè species participans, Conf. Excell. Dn. STRUV. *Exer-*
cit. F. 4. th. 1. Illud fortassis non supervacuum sit annotare, discrimen
 veri & quasi ususfructûs genuinum in eo maximè subesse, quòd in verò
 proprietarius imminutum retineat dominium, d. l. 25. ff. de R. V. in
 quem ejusdem rei interitus, dum ne culpa posthac in fructuarium con-
 feratur, etiam redundat, quoniam res domino perire dicitur, l. Pignus.
 9. ff. de pign. act. In improprio dominium rei in fructuarium transit,
 d. l. Si vini. 7. Hinc integrum eidem est, in quemlibet usum illam rem
 impendere, arg. l. In re. 21. C. Mand. dummodo moderamen tractandi,
 puta malè aut contumeliosè utendò, non excedat, arg. §. Sed hoc. 2. Inst.
 de his qui sui vel al. jur. Eaque propter in consumptæ rei locum, extinctò
 usufructu, aliam submittere devincitur, quippe quæ tantundem præstat,
 ac si eadem species restituta fuisset, d. l. 7. MOLINA de J. & J. Tom. 1. tr. 2.
 D. 7. n. 11.

VI. Cæterum ut uniuscujusvis, quam natura profert, rei certi mo-
 di sunt, quibus enascatur, gliscat & vicissim moriatur: ita similis & ejus,
 quæ arte confit, ratio, quod vel ex præsentia materia evidenter claret.
 Et v. jus ususfructûs subjectivè inhæret personæ, & objectivè rei: Atque
 sic consideradū hîc *subjectū* (quod est vel cõferēs vel acquirēs) & *objectū*.
 Atque

Atque hinc universa de usufructu doctrina pendet. Quamobrem primum omnium, qui Ususfructus enascatur, id est constituatur, jam dispicere navamus, At enim quando omne jus, sive in re sive ad rem id consideres, non est absolutum quid, sed usque refertur ad aliud: Ita & praesens tractatio ad naturam τὸν ἀγῶς π, erit exigenda. Est enim Ususfructus relatio moralis & ens νόμος; ad relationem verò constituendam, quatuor ut plurimum requiruntur, quorum 1. est *Relatum* ipsum, seu subjectum quod refertur. 2. *Fundamentum*, quo denotatur causa seu aliquid intrinsecum, utrinque habitudinem proximè inducens, propter quam unum & alterum referatur; & ab illo relatio non differt secundum rem, sed duntaxat (ut loquuntur) ratione ratiocinatâ, *Ampliss. Dn. STAHL. quæst. log. 24.* 3. *Terminus*, id scilicet, ad quod refertur relativum. 4. *Ratio fundandi* seu conditio quædam, quæ inter fundamentum & terminum est quoddam medium, abs qua illorum nulla fit relatio, Confer. Dn. HORNEJ. *Comp. Dial. l. 1. c. 8. §. 5. ibiq. præl. Dn. STAHL.* De quorum singulis, quousque institutum fert, aliquantisper videbimus. Debet itaque ad usumfructum constituendum primum adesse subjectum, quod referatur, seu quod utibile fruibile sit, quale sunt res quibus homines utuntur. Fundamentum est aptitudo præbendi usum & fructum. Fundandi ratio est ipsa constitutio, quâ ususfructus in esse producitur, nempe legis operatio, vel judicis jussus, vel domini voluntas, quæ se hinc habent ut traditio, inde ut acceptio. Denique terminus est persona ad quam res refertur, quæ usumfructum capere possit. In quâ itidem spectatur jus, ut liceat uti-frui, & ipsa actualis usio-fruitio.

VII. Subjectum conferens jus utendi-fruendi trimembre est, legis quippe, judicis & domini jure possidentis ordinatio, GARSIAS *de expens. & meliorat. c. 11. n. 1.* Legis autoritate conceditur Ususfructus I. *Patri*, jure patriæ potestatis fundatus, *l. Patre. 8. in fin. ff. de his qui sui vel alien. jur.* in bonis liberorum adventitiis, usque dum vivit, §. 1. *Inst. per quas person. nob. acq. l. 1. C. de bon. mat. l. Cum oportet. 6. C. de bon. que lib.* etiam si ad secunda vota migraverit, *l. fin. C. de bon. mat.* Enimverò imitùs si cogites, priscissimò jure filiifam. plenò dominiò nihil non promiscuè parenti acquirebant, ULPIAN. *in fragm. tit. 20. §. 10.* qui ususfructus erat causalis; At deinceps bona castrensia & quasi, ipsis plenò itidem jure concedebantur ab Imp. *pr. Inst. Quib. non est permiss. fac. testam. l. Usq. 2. ff. Ad SC. Maced.* neque non proprietatis bonorum ma-

B

terno-

ternorum: quippe quam Constantinus eisdem primus habere permittebat, *d. l. C. de bon. mat.* SCIPIO. GENT. *cod. c. 5.* Idem postmodum fecerunt alii in bonis avi & avia, *l. Quicquid. 2. C. d. t.* Tandem Justin. eò progressus, ut illud ad peculium adventitium generaliter porrigeret, *d. l. 6.* Sed enim utut vulgò irrequisitiò fructuariò res subjaceat proprietarii liberae dispositioni, ea tamen nihilo fecius etiam ratione proprietatis in filio ad consensum patris, administratione insimul talis peculii gaudens, est restricta, *l. fin. §. 5. in fin. C. de bon. qua lib.* omninò ut nec controvertere quiverit in judicio sine ejus jussu filius, *d. l. fin. pr. vers. necessitate.*

VIII. Et verò istam juris civilis provisionem in oris Saxonis receptam deprehendimus, eò tamen usque dum pater liberos in matrimonium collocet, vel ipsis suas res habere permittat, *Landr. lib. 1. art. 11. p. 2. Const. Elect. 10. Möll. Semestr. 26.* quæ propriae constitutio familiae nostris moribus in locum emancipationis successit, *BACH. ad §. fin. Inst. Quib. mod. jus potest. solv. n. 2.* Eà quippe separatione facta & restitutione bonorum subsequuta cessat ususfructus, & pater liberis non amplius obstringitur de alimentis, *Magn. Dn. Richter/Præcept. meus pl. deven. decis. 18. n. 17.* Sed utrū antehac illi de pane ipsius patris, an aliunde vixerint, nihil interest, *Magnif. Dn. CARPZ. in d. Const. def. 7. n. 8. & 9.* utique cum ab eo sustentari detrectant, aut penes alios consensu ejus degunt; cui tamen alimenta liberis deneganti omnī sui parte etiam denegatur ususfructus, *prælaud. Dn. Richter/d. l. n. 3.* Quod si pater vivente liberorum matre, durante matrimonio, cucurbitaverit, tametsi divortii nomine in bonis uxoris suæ omnimodò excludatur, non minùs tamen rectè ususfructum sibi arrogat in bonis liberorum maternis, præprimis quod ex modis, ususfructum ejusmodi bonorum destruentibus, à Dd. recensitis, nullibi legatur adulterium, *VAL. FÖRSTER. de success. lib. 7. cap. 27. & fin.* Obtinet tamen à morte demum uxoris, eò quòd in vita ejus hac consideratione civiliter mortuo æquiparetur, ut ita setantisper ususfructus inhabilem reddiderit, *Dn. Richter d. l. n. 5. & 6.* Verum enim verò ut maximè juris civ. dispositio jure patriæ potestatis annitatur, ab eo tamen in hoc deflectit Jus Saxon. quòd matri idem privilegii, decedente patre, concedat propter educationis onera, *Landr. d. l.* adeoque unius rei plures possunt esse causæ, in eaque se compatientes concurrere. Quocirca patri debetur ususfructus vigore patriæ potestatis, matri ex moribus

bus & observantia, utrique magis contemplatione educationis. Hoc ita non esse vult Dn. CARPZ. *d. l. def. 13. num. 2. & l. 6. Resp. jur. Elect. tit. 7. resp. 7.* non caret tamen dictum ejus dubiò, prout ab eo optimè recedit Dn. Richter *d. l.* Quam sententiam maximè promovet, quòd hodiènum vix quæpiam scintillæ illius pristinæ potestatis remanserint, tum ratione coërcitionis, quam acquisitionis, Magn. Dn. FRANTZK. *Ex. 2. q. 4. in fin.*

IX. II. Patri itidem in semisse bonorum emancipati filii, pro remuneratione emancipationis, §. *Hoc quoq. 2. Inst. per quas pers. nob. acq. l. Constitutionis. 2. d. l. 6. §. 3. C. de bon. que lib.* Antiquitùs enim totum bessem peculii adventitii, *l. Donationes. 31. §. 2. ff. de donat.* postmodum trientem plenò jure pater retinere poterat, quod taliter Justin. immutavit, *dd. ll. DONELL. lib. 10. Comm. 3.* In bonis autem adventitiis filio jam emancipato obtingentibus acquiritur patri Ususfructus pro virili, quasi munus lege oblatum parenti manumissori, *l. Si viva. 3. C. de bon. mat.* SUTHOLT. *D. 6. th. 59. CÖLER. p. 1. dec. 41. n. 6. & seqq.* Enimverò in quibusd. bonis adventitiis contra ordinariam ipsorum indolem non ita plusculum patri indultum deprehendimus: tametsi jure succedendi in illis non priveretur, Dn. CARPZ. *d. C. def. 15.* Cujusmodi (1) sunt, quæ filiis aut filiabus obvenerunt ex hereditate fratris aut sororis, inquam viritim simul cum iisdem successit, *Nov. 118. c. 2. vers. Si verò. auth. Item. C. de bon. que lib.* SUTHOLT. *D. 11. th. 63.* (2.) Quæ ipsis ab avo, quinimò & hodie ab extraneo, donata vel relicta sunt, facultate patri de usufructu participandi omnimodè præcisâ, *Nov. 117. c. 1. auth. Excipiuntur. C. d. t. MOLIN. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 19. nu. 31.* (3.) Si certæ rei usufructus filiis relictus sit: quippe servitus servitutis non datur, *l. 1. ff. de usufr. leg.* cum ipsa alteri ut fundamento inhaereat, adeoque alterius fundamentum haudquaquam exhibeat, MOLIN. *de J. & J. Tom. 1. tr. 2. disp. 8.* (4.) Si recusante patre filius relictum sibi recipiat, *l. fin. §. 6. vers. si verò. C. de bon. que lib.* (5.) Si eâ lege servus detur, ut confestim in libertatem perducatur, *d. l. fin. in fin.* (6.) Si parens filio remittat usufructum, *d. l. 6. §. 2. vers. sin autem.* (7.) Filiumf. rectè feudum accipere in proclivi est, SCHRADER. *de feud. p. 4. c. 3. n. 7.* an autem patri quærat inde usufructus ambigunt; Communis tamen Dd. Schola id negatum it, quòd illud adinstar quodammodo peculii castrensis vel quasi, contemplatione servitorum, videatur, *arg. 1. F. 19. &*

22: Magnif. Dn. ANDR. GERHARD. dec. 5: q. 8. VULT. 1. de feud. 4. num. 8.
BRONCH. cent. 2. misc. aff. 38. ARUM. disp. F. 3. tb. 39. utpote quæ regula-
ris feudi seges à vasallo præstanda postulat; & licet dominus quando-
que gratiam illorum fecerit, non magis tamen patri id emolumento fo-
re credimus, TREUTL. 2. 1. D. 16. tb. 2. lit. B. SINCERITHAUS D. 5. thes. 20.
Excell. Dn. STRUV. D. F. 5. tb. ult. exeg. in fin. Cui tamen hisce casibus
administratio in dubio adempta non censetur, arg. l. Si superstite. 5. C. de
dol. mal. §. 1. Inst. de legit. par. tur. maximè si alium non dederit testa-
tor curatorem, Nov. 117. c. 1. Dn. CARPZOV. d. l. def. 11. n. 10. Quemad-
modum eidem ex prædictis bonis, si aliunde copiam vivendi denegat,
fors aspera, alimenta subministrantur, BERLICH. p. 1. dec. 136.

X. III. Utriq. parentum defertur Ususfructus ex bese, æquis parti-
bus inter eos dividendus, in hereditate filii filiæve, sui juris decedentium,
reliquâ parte ususfructus obveniente fratribus & sororibus cum pro-
prietate totis successionis; sin autem defuncta persona in sacris vinculis
constituta rebus humanis eximatur, pater quidem usumfructum æquè
ac vivente filiô tenet incorruptum: mater verò, quippe quæ vivô patre
ususfructus particeps non potest fieri, vocatur cum sororibus sola in fe-
misse proprietatis, & cum fratribus vel permixti generis in portionem
virilem, l. Si quis. 7 §. 1. C. ad SC. Tertull. verùm tamen de jure novo
non minùs cum sororibus ac cum fratribus vel permixti generis admit-
titur pro virili portione, auth. Et cum solis C. eod. IV. Uxori ad secun-
das nuptias transeunti, ad dies vitæ, in quibusvis rebus, quas ex parte
prioris mariti, fortè sponsalium jure, solemnitate nuptiarum, vel cujus-
que libertatis præmiô consecuta est: proprietate tamen ab ipsa commi-
grante liberis ex eo matrimonio susceptis, l. Fœmine. 3. cum trib. auth.
seqq. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 23. Sed utrumne hoc correctum est
de jure Canon. per cap. pen. & ult. eod.? Non putamus cum GAIL. 2. ob-
serv. 98. CASTILL. hic. c. 2. n. 9. Eadem est autem ratio in persona mari-
ti, ad secunda vota transeuntis, l. Generaliter. 5. C. d. t. Nov. 127. c. 3. CA-
STILL. d. l. Sed liberis naturæ concedentibus consolidatur ususfructus
cum proprietate, d. l. 5. pr. Sed enim si alterutrinque nulla sit successio,
seu nulli liberi, Goth. ad d. l. 3. istive decesserint (quippe inter conju-
ges neque de jure civil. neque can. aliàs ullatenus est bonorum societas,
SUTH. D. 2. tb. 16.) quicquid quoquo modo superstiti obtingit, plenô ju-
re tenet, d. l. 3. in fin. V. Monasterio, quod æquè jure patriæ potestatis
gaudet, siquidem istud ingressi proprium nihil possident, sed eidem mo-
ris est:

ris est omnia continuò acquirant, *Nov. 5. c. 5. auth. Ingressi. C. de SS. Eccles. auth. Nunc autem. C. de Episc. & Cler. c. 2. c. 6. in fin. x. de stat. monach.* Reservatur quidem ipsis, ceu fructuariis, jus utendi-fruendi, sed eoque morte eorum expirat; at verò interim, dum vivunt, commoda inde resultantia non obveniunt nisi monasterio, *l. Si putaverit. 27. §. 11. ff. ad L. Jul. de adult.* Dummodo monasterium fuerit bonorum capax: quia ceteroqui non invenitur persona, in qua ususfructus subsistat, qui ideò actutum revertitur ad proprietatem, *PINELL. in l. 1. p. 1. n. 42. C. de bon. mat. FACHIN. 6. contr. c. 12. PEREZ. in C. de SS. Eccles. n. 13.* In feudo est diversa ratio, quippe quod susceptione clericatus perditur, *2. F. 21. & 26. §. Qui clericus. 2. F. 30. ad fin.* cum præsertim suo factò reddat se vassallus ad servitia inhabilem, *JAN. AB ARCEDUR. c. 2. concl. 7. n. 31.* Quod tamen nostris moribus aliubi non obtinet, teste *BERLICH. p. 3. c. 39. n. 18. SCHULTZ. c. 8. n. 95. Rosenthal. c. 7. concl. 3. n. 8. 25.* Confer. *Excell. Dn. STRUV. D. F. 9. th. 9. 10. & D. F. 15. th. 7.* Sed quid si pater in monasterium transierit, utrum perdit usumfructum, in bonis adventitiis filii? Utique, cum & administrationis jus amittat, *SAL. in d. auth. Ingressi. n. 10.* An ergò monasteriò patria potestas tollitur? Et magis est, ut affirmandum id existimem, eò quòd à negatis effectibus rectè negetur causa, *BACHOV. ad Tr. v. 1. D. 2. th. 12. lit. D. & ad §. fin. Inst. Quib. mod. jus pot. solv. n. 1. Add. SAL. d. l.*

XI. VI. A lege, quamvis ipso mediante fructuariò, descendit Ususfructus, qui longi temporis præscriptione conciliatur, inter præsentis decennii & inter absentes vicennii effluxu, *l. Cum in longi. 12. §. ult. C. de præscript. long. temp.* Enimverò antiquitus L. XII. tabb. servitutes utpote res incorporales usucapi nequibant, eò quòd non æquè propriè ut corporales teneantur, *l. Possideri. 3. ff. de acq. poss. l. Sequitur. 4. §. 27. ff. de usucap.* Postmodum interpretatione Jurorum, ex mente L. dicebantur per quandam analogiam teneri, & inde quasi possideri, *arg. l. Si aliena. 10. §. 1. ff. d. r. l. Si quis. 10. ff. si serv. vind. l. Quod est. 3. §. pen. ff. de vi & vi arm. l. Possessio. 49. §. 1. ff. de acq. poss. l. Aut. 2. §. 3. ff. de precar. l. De aqua. 2. ff. Com. præd. l. Regulariter. 9. l. Quod si. 16. §. fin. l. Idem. 35. ff. de hered. petit. l. fin. ff. uti possid.* adeoque eadem quadante nus ratione illas prudentum autoritate sine lege bienniò acquiri moris erat, usque dum Tiberius clavum Imperii tenebat, quippe cujus ævò lata lex Scribonia, quæ usucapionem servitutes constituentem sustulit, *d. l. Se-*

quitur. 4. §. ult. junct. l. Servitutes. 2. pr. ff. de servit. quæ lex sese refert ad l. Scriboniam, cum sit Pauli ad Sabinum, qui Tiberio fuit coætanus, JACOB. RÆVARD. lib. sing. ad leg. Scrib. Conf. SUTH. D. 5. thes. 49. & seq. Quò verificatò nihilominus adminiculò prætoris acquirebantur ab iis, qui illas longò usu, nec vi, nec clam, nec precariò tenuerant, d. l. Si aliena. 10. §. 1. d. l. Si quis. 10. pr. l. 1. l. Si aquam. 2. l. Sicut. 3. C. de servit. & aqu. PAC. cent. 3. q. 53. CUIAC. in d. l. Sequitur. 4. §. ult. Sed enim transformatà demum à Justin. usucapione, jure Cod. hodiè res incorporales æquè ac corporales citra tuitionem prætoris ipsò jure autumant usucapi, arg. l. ult. C. de præscript. long. temp. l. un. C. de usucap. transform. Dn. GERHARD. dec. 5. q. 3. BACH. ad Tr. v. 1. D. 17. th. 8. lit. B. SUTH. d. l. th. 51. RIEM. D. 4. q. 7. Illud controversitur, num in hac servitutum præscriptione desideretur titulus? Quod negandum putamus, dummodo adsit scientia & patientia domini, quæ in vicem subit tituli, d. l. Si quis. 10. ff. Si serv. vind. l. Si aquam. 2. C. de servit. & aq. quamobrem si hæc ista non adfuerit, planè titulus requiritur, d. l. ult. Dn. GERHARD. d. l. q. 4. SUTHOLT. d. disp. 5. thes. 53. Dn. LUDWELL. d. disp. 5. thes. 7. lit. F. exeg. in fin.

XII. VII. Rimantur quipiam ad hæc legalem ususfructus ἀλλοτριῆς speciem, rerum scil. dotalium in marito; qui tamen non juris solùm dotalis, uti vult VULTEJ. Discept. schol. c. 19. sed magis ipsius rei, & hujus iterum non solùm æstimatò in dotem datæ, uti argutatur DONELL. ENUCL. lib. 14. Com. c. 4. quem sequitur RIEM. Dec. 2. q. 9. sed & inæstimatæ audit dominus actu & exercitiò (mulier quiete & cessatione) adeoque non nisi κατὰ χρευσμῶς nomine fructuarii insigniendus, ex §. Per traditionem. 42. Inst. de R. D. utique, respectu habitò ad tempus constantis matrimonii, l. Dotis. 7. §. 3. ff. & l. Si prædium. 23. C. de jur. dot. l. Dotale 13. §. 2. ff. de fund. dot. l. Quoties. 47. §. fin. ff. De pecul. princ. Inst. Quib. alien lic. vel non. non item dissoluti, quippe cujus intuitu solà legum subtilitate maritum nuncupat Justin. Dominum in l. In rebus. 30. C. d. l. verè docente SUTHOLT. D. 6. th. 47. At enim tametsi è diverso maritus donationem propter nuptias jure communi in feudo constituere non potest, JAC. SCULTET. addit. ad Mod. Pistor. p. 3. q. 122. n. 85. tamen moris est in foro Saxon. ut uxori in remunerationem dotis præter Utenfilia (die Gerade) constituat Dotalitium (Leibgeding) HARTM. PISTOR. l. 1. q. 4. n. 1. Rotschütz tr. De dotal. art. 1. Add. Schulz. de feud.

de feud. c. 8. n. 217. idque etiam quandoque, cum feudum defit, in allo-
dialibus, Landr. lib. 3. art. 75. pr. BERLICH. p. 2. Concl. 50. n. 9. & seqq.
Quæ species fortè usufructui, quàm de dote prior illa, est similior.
Enimverò primitus à solis nobilibus isthoc dotalitii jus inductum est,
& sic longævò usu confirmatum, BERLICH. d. l. n. 7. & 8. H. PISTOR. d. l.
pr. at deinceps idem ignobiles, si qua feuda tenebant, interdum usur-
pare consueverunt, CÖLER. p. 1. dec. 60. n. 17. & 18. An verò hoc defun-
cti factum abscissè obligantur exequi successores? Utique, per l. Ex
qua. 149. ff. de R. V. l. Venditrices. 3. C. de reb. al. non al. etiamsi desuper
non consenserint, Dn. CARPZ. p. 2. C. 42. def. 5. in fin. eò quòd onus do-
talitii feudo cohæret, Const. El. 46. d. p. 2. ibiq. Dn. CARPZ. def. 25. non
tamen ultra competentem & usitatum constituendi modum, DAN.
MÖLLER. in d. Const. 42. n. 12. in fin. aliàs quoad summam excedentem
vitiatur, l. sancimus. 34. C. de donat. can. Utile. 37. de R. J. in 6. Schulz.
d. l. n. 289. Dn. CARPZ. 5. Resp. 79. quod usu observare tradit CÖLER. d. l.
dec. 15. n. 22. Sed quid si maritus ejus constitutionem vivus non provi-
derit? Eam adhucdum in esse producere devinciuntur successores,
Nov. Const. 44. p. 2. pr. ibiq. Dn. CARPZ. def. 1. n. 5. Dn. Richter. de suc-
cess. ab intest. sect. 4. m. 3. n. 14. Add. Schulz. d. l. n. 243. & seq. quini-
mò & ipse dominus, cui feudum apertum est, ad istoc obligatur, Landr.
lib. 1. art. 21. BERLICH. d. l. concl. 55. n. 67. H. PIST. d. l. n. 3. KÖPPEN. de-
cis. 39. n. 41. Sin verò hoc casu isti in vicem donationis propter nuptias
tantundem cum dote malint reddere, mulierem oportet acquiescat,
Dn. CARPZ. d. l. def. 7. Exc. Dn. STRUV. D. F. 14. th. 15. in fin.

XIII. Sanè à parte uxoris desideratà dote, ceu causà impulsivà
dotalitii, non ita protinùs constitutu necessarium est ipsum dotaliti-
um, arg. auth. Dos data. C. de donat. propt. nupt. cui quadrat d. Const.
44. pr. ibiq. MÖLLER. n. 4. Kotschütz. d. art. 1. n. 3. nisi mulier dotem (in
casu quo marito promissa fuit; alioqui secus est, Dn. CARPZ. 6. Resp. 56.)
post obitum mariti cum usuris etiamnum inferre gestiat, Dn. Richter.
d. l. n. 24. Dn. CARPZ. d. C. 44. def. 11. 12. & 13. Schulz. d. l. num. 233. &
seqq. Hinc ipsi exigenti dotalitium injungitur probatio, illam realiter
illatam esse; an & in utilitatem feudi impensam? Omnino, per Const.
Elect. 46. p. 2. quia ceteroqui nulla subesset ratio, quæ ad dotalitium,
heredes stringeret: quàm sententiam concorditer receptam dicit
Schulz. d. l. n. 227. Verùm tamen ex manifestè probata dotis numeratione
tione

tione hæc versio præsumitur, BERLICH. *p. 1. concl. 65. num. 116. & d. p. 2. conclus. 50. n. 55.* MOD. PIST. *p. 1. q. 24. n. 1. & seqq.* DN. CARPZ. *d. C. 44. def. 9. & l. 6. Resp. 57.* quæ præsumtio annullatur, si certò constet, maritum acceptam dotem in utilitatem feudi haudquaquam impendisse, HARTM. PIST. *d. q. 4. n. 18.* Exc. DN. STRUV. *d. l. tb. 10.* Anne verò liberum est viduæ, utrum velit dotalitium acceptare, numve dotem ipsam repetere? Et dicimus, eidem indistinctè optionem competere, *Const. Elect. 42. p. 2.* Magnif. DN. Richter *d. m. 3. n. 8. & 10.* DN. CARPZ. *d. 6. resp. 59.* etiamsi maritus ipse dotalitium constituerit, DN. CARPZ. *in d. C. 44. p. 2. def. 5.* quod & juri communi congruit, *tot. tit. C. solut. matrim. quemad. dis. pet.* Sed enim quod altrinsecus cum effectu semel vidua agnovit, id in persona illius radicatur, copiâ ad ulterum profiliendi penitus præcisâ, H. PISTOR. *d. l. n. 20.* MÖLLER. *d. l. n. 1. & seq.* At verò dote verè illatâ potest dotalitium bifariâ constitui, ut vel annuatim certus reditus solvatur, DN. CARPZ. *4 Resp. 54.* vel certum feudum concedatur: quò posteriori modò pari conditione cum aliis fructuariis censetur, Magnif. DN. Richter *d. l. n. 35.* Utròbique autem dotalitii nomine *duplicatus* usufructus, oppositivè ad quantitatem dotis, constituitur: puta si dos sit 1000. aureorum, excurret dotalitium in summam 2000. Et verò non vulgares usuræ, sed itidem *duplicatae* seu dextan tes (pro centenis decem) viduæ ad vitam persolvuntur, Weichb. *art. 22. in gl.* BERLICH. *d. l. n. 44.* Magnif. DN. Richter *d. l. n. 36.* Excell. DN. STRUV. *d. l. tb. 13.* ut ne heredes allodiales, quod conquerantur, habeant, dum dotalitium præ dote selectum à matre transit ad heredes feudales, CÖLER. *d. l. dec. 60. n. 11.* H. PIST. *d. l. n. 1.* Quippe ut defunctâ uxore dos marito ex consuetudine & pacto obvenisset: ita è converso illa dos demortuò marito ad viduam rediret, quæ insimul suam faceret donationem propter nuptias; at verò propter istum usumfructum ex dotalitio, tum dotem tum æqualem doti antiphernam prædicti successores feudi retinent, Exc. DN. STRUV. *d. tb. 11.*

XIV. Hæc de legis & ad ejus instar introductæ consuetudinis autoritate, usumfructum deferente. A *judice* conceditur usufructus in judiciis, quæ vocant, *divisoriis* seu *duplicibus*, *familie herciscundæ* & *communi dividundo*, quando iste imploratò ejus auxiliò uni proprietatem, alteri usumfructum intimatus adjudicat, *l. Ususfructus. 6. §. 1. ff. b. t. l. Si quis. 6. §. 10. ff. comm. divid. l. Et puto. 16. §. 1. ff. Famil. hercisc.*
in re-

in rebus, quæ propter incontinentiam communis speciei commode non possunt dividi, *l. Cum stichus. 29. in fin. ff. de solut.* Nec verò earum opus hîc traditione nisi ad acquirendam solùm possessionē, Dn. Hahn *ad Wes. ff. h. t. n. 9.*

XV. *Jure domini possidens* constituit usumfructum vel *inter vivos*, vel *ultimâ voluntate*. Inter vivos *promissio* hujus servitutis ab ejus *perfectione & effectu* distinguenda venit, *l. Si sub una. 136. §. 1. ff. de V. O.* cetero qui ruat oportet in confusum chaos: quippe hæc ab illa non saltim naturâ & ratione, sed & tempore & actu secernitur, quantumvis eandem virtualiter comprehendat, docente Dn. Hahn *d. loc.* Promissio fit pactis, iisque iterum vel legitimis, *l. Stipulatio. 38. §. 10. & seqq. ff. de V. O. junct. l. Legitima. 6. ff. de pact. l. Quæsitum. 37. ff. b. t.* vel contractibus in continenti adjectis: quæ quidem pacta contractibus inesse & ipsam actionem formare perhibentur, *l. Jurisgentium, 7. §. 5. ff. de pact.* Dn. Ludw. *D. 5. th. 7. lit. C.* Add. BACH. *ad § 1. Inst. h. t. in fin.* non item si ex intervallo, *l. In bonæ fidei. 13. C. de pact.* SCHNOB. *d. 2. thes 13.* Pacta autem legitima quibus ususfructus promittitur, designantur dotis datio, donatio inter vivos, & constitutum: Contractus verò stipulatio, venditio, locatio, *l. Dotis 7. §. 2. l. 2. Si ususfructus. 66. l. Cum in fundo. 78. ff. de jur. dot. l. Cujus. 5. §. 2. ff. usufr. quem adm. cav. l. Si quis. 35. §. 5. C. de donat d. l. Quæsitum. 37. ff. b. t. l. Si domina. 10. C. eod. l. Si is. 11. §. 2. ff. de pign. l. Necessario. 8. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend.* Ubi de venditione quæstionis est, num. jus *regulatio* obtineat? Distingunt inter usumfructum, per venditionem à pleno domino noviter *constituendum* in ipsum corpus, quod ejus est, ut loquitur Jctus *in d. §. fin.* & inter usumfructum jam formaliter *constitutum*, cujus nudum jus percipiendi deinceps vendit fructuarius. *Illic* dicam juri dicto, dummodò justum offeratur pretium vel idem quod ab aliis offertur, abscessè locum esse, cum præsertim ususfructus in vicem partis subeat: nec eo sequiùs & *hic* judicaverim, sive vendatur ipsi domino proprietatis, quia cognatus à jure suo adhucdum firmus est, perinde ac si consolidationem vi illius præcidisset: sive extraneo, quia ususfructus diutulè posthinc durare potest, quippe principaliter morte periens; ut tamen circa finitionem ejus non cognati sed prioris fructuarii personam inspicias, BACHOV. *ad Treutl. dict. Disput. 16. lit. A. & B. in fin.* Confit autem constitutio (1.) vel purè, vel sub conditione, vel ex die, vel in singulos dies, vel menses, vel annos, *l. Si*
C
sub

sub conditione. 16. Quib. mod. ususfr. am. l. Et puto. 16. Famil. hercisc. l. Ambiguitatem. 12. C. h. t. Aliud juris est in servitutibus realibus, *l. Servitutes. 4 ff. de servit.* Diversitatis rationem videsis apud DONELL. *lib. 11. Com. c. 10.* (2.) Pro parte divisa vel indivisa, *l. Ususfructus. 5. ff. h. t. l. Excepta. 14. l. Placet. 25. ff. Quib. mod. ususfr. am.* At verò cujus intuitu *dividuus* dicatur ususfructus, mirè variant Interpp. ut videre est apud HILLIG. *ad Don. lib. 10. c. 24.* Attamen videtur rectè sic indigitari non quà jus est, ad instar ceterorum, uti colligitur ex *l. Si cum. 32. ff. de stipul. serv.* sed ratione fruitionis, quatenus consistit in fructuum perceptione & fruitione transiliente terminos necessitatis; in eoque distinguitur ab usu, qui factum individuum naturâ sui continet, & personæ indigentiae cohaeret, cui detrahi nequit: nec enim parte ullius rei uti possum, quin totò utar, *l. Usus. 19. ff. de usu & habit. l. Via. 17. ff. de servit. l. 1. §. 9. ff. ad L. Falcid. RIEM. D. 5. q. 1. ZOES. ad ff. h. t. n. 12. PEREZ. C. cod. nu. 34. ARUM. Ex. 5. th. 24.*

XVI. At enim ut solidiùs sciatur, quando ususfructus taliter relictus acquiri possit, delibanda est ratione *cessionis diei* differentia inter usumfructum & proprietatem. Quæ cessio hunc effectum habet, ut usufructuarius securus sit, quando cunq; moriatur, ad suos heredes petitionem ususfructus transmissum iri, *l. 1. ff. Qn. dies leg.* Et verò dies ususfructus *purè* ultimâ voluntate relictus, cedit demum ex die aditæ hereditatis, *l. Si purè 2. ff. d. t.* ex quo jam legatarius verè uti frui potest, *l. un. §. 2. ff. Qn. dies ususfr. leg.* quod hereditate nildum adita non potest fieri, quando interea temporis via ad fruendum clausa est, dum in pendentibus ponitur, an aditione testamentum vires sortiturum sit, ZASIUS *ad ff. d. t. Dn. FRANTZK. eod. n. 3.* Add. CASTILL. *hic c. 8. n. 2.* In proprietate verò sive *purè* sive *in diem certum* relictâ, cedit actutum (nec expectatâ tabularum aperturâ nec aditione) à mortis testatoris tempore, ex quo ad legatarii heredes transmittitur, *l. Si post. 5. pr. & §. 1. ff. Qn. dies legat.* cui factum vel mora heredis non præjudicat, ZOES. *ad ff. Qn. dies ususfruct.* Porro *ex die* legati ususfructus non cedit dies antè, ut cunque adita fuerit hereditas, quàm dies venerit, adeoque tempus cessionis & adventus diei hîc concurrunt, *d. l. un. §. pen. Exc. Dn. STRUV. d. Ex. ad π. 10. th. 11.* In proprietate autem taliter vel annuatim legata similiter à morte testatoris cedit, *l. Si post eum. 5. §. 1. Qn. dies legat.* cum effectu tamen peti non potest, antequam dies veniat, *l. 1. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. Si dies.*

dies. 21. ff. Qn. dies legat. Dn. Ludw. ad Wesenb. ff. Qn. dies ususfr. not.
In his enim. Enimverò legatis annuis relictis plura sunt legata, *l. Si u-*
ususfructus. 28. ff. Quib. mod. ususfr. am. quorum primum purum est, eo-
que ad heredes transmissibile, *l. Nec semel. 12. §. 3. ff. eod.* reliqua verò
consentur tacitè sub ista conditione relictà, *si legatarius acquirere possit:*
eorumque dies cedit pluries, & quidem initiò cujusque anni etiam ja-
cente hereditate; ex quo est quod ad heredes transferuntur, *d. l. un. pr.*
§. 3. Conf. Exc. Dn. Hahn ad Wesenb. ff. eod. Diversitatis rationem
hanc assignant, quòd *priori modò* actio nondum nata, *d. l. un. in fin.* tam-
etsi enim certus dies scriptus sit, attamen quia ante adventum ejus non
est, qui naturaliter utifruì queat, sanè conditionem ille nihilominùs fa-
cit perinde, atque si incertus adscriptus fuisset: *posteriori modò* actio o-
mninò prodita sit, siquidem proprietas etiam ante diei adventum in re-
rum natura jam existit, eoque adjectio diei non cessionem sed petitio-
nem protelat, *d. l. 2. §. d. l. 5.* Hinc dicendum, usufructu ex die legatò,
quia nullum obligationis patrocinium neque domini prætexus subest,
planè *nulliter* agi: sin proprietate, quia utrumque horum adest, posse
quidem agi, sed tamen *malè*, *d. l. un. in fin.* Præterea usufructus ex die
legatus, aliquot annis post hereditate aditâ, debetur ex die aditionis,
ut ita præteritorum annorum nulla habeatur ratio; quod in legatis an-
nuatim relictis secùs est, quippe præteritorum annorum pensitationum,
ratione, hereditate etiam annos aliquot post aditâ, habendâ, *arg. l. Ser-*
vus. 16. l. Codicillis. 18. cum l. seq. ff. de ann. leg. Confer. Magnif. Dn.
FRANTZK. *d. l. n. 7. §. 8.*

XVII. Cæterum distinctione rerum inductâ, diligenter fuit
observatum, ut omnes omnium rerum utilitates, quæ à Deo hominum,
causâ datæ essent, ex omni parte sui ipsis communicarentur per certas
formulas. Et quidem si usufructus inter vivos sit promissus, nondum
tamen constitutus, jus personale saltim consurrexisse nemo dubitat, per
l. Traditionibus. 20. C. de pact. hinc pro consequendo illo competit actio
personalis & jus ad rem ex pacto aut conventionem, adversus promitter-
tem, ad hoc ut actu constituatur, perinde ut ex actione emti actio, quò
res vendita tradatur, *l. Corruptionem. 16. C. h. t. l. Obligationem. 3. ff. de*
O. & A. Dn. Hahn ff. de ususfr. n. 9. in med. eoque casu patientia & usus
inducit jus in re, *l. Omnium. 3. pr. ff. eod. l. 1. §. fin. ff. de S. P. R. l. Si ego.*
21. §. 1. ff. de publ. in rem act. BACH. *ad Wesenb. ff. de ususfr. n. 9. Dn. Ludw.*
C 2 eod.

cod. Et verò cum nostras res non tam perpetuam possimus retinere custodia, quin sine voluntate nostra tandem aliquando perveniant ad alios: perinjurium sit, actiones non fuisse introductas, quibus domini assererent jus sibi acquisitum contra illos, qui distinctione rerum speratam detrectarent aliena restituere. Quocirca uti ex dominio rerum *corporalium*, quas proprie possidere dicimus, ad coercendam eorundem malitiam, vindicationes sunt propositae, utpote judicia exhibitoria & petitoria: ita & quadantenus *incorporalium*, quae improprie & quasi possidentur, quasdam oportebat vindicationes dari, Excell. Dn. Hahn. *d. l. n. 1. in pr.* Exinde nata à jure civ. *actio realis*, quae duplex: *una*, quae datur fructuario, adversus quemcunque se in constituto usufructu impediens: *altera* rei domino, pro eodem in re sua denegando. Illa dicitur confessoria, haec negatoria. Ultraque est iterum gemina, *directa & utilis*. Directa competit duntaxat de servitute, *l. De servitutibus. 2. §. 1. ff. Si serv. vind.* Utilis pro aliis juribus servituti consimilibus, cujus ordinis sunt jurisdictio, jus patronatus, reddituum, decimarum, operarum, venandi, &c. *arg. l. Hoc amplius. 9. §. 2. in fin. ff. de damn. infect. l. ult. ff. de arbor. cadend.*

XVIII. Confessoria directa est quasi assertoria servitutis, quam ipsa taliter penes judicem vindicat in re alterius, eamque negat esse liberam, & contendit adversarium agenti condemnari, ut patiat utifruui, impedire posthac desinat, eo nomine cautionem interponat, neque non expensas litis, damna & interesse luat, *arg. l. Utifruui. 5. §. 4. ff. Si usufr. pet. l. pen. §. fin. ff. eod.* Dum ne reus sine dolo malo possidere desierit, quo casu, quia actio realis existit saltem adversus possidentem rei iudicatae tempore, absolvendus est, *l. ult. ff. eod.* ut tamen fructus hactenus perceptos sine mora restituat, *d. l. 5. §. 4. §. ult. Conf. ZOES. ad ff. d. t. n. 2.* Et hoc sensu verbum *confiteri* pro subjecta materia inducit emphasin, & vehementiorem quam alibi significationem, OLDENDORP. *Cl. 3. act. 4.* Negatoria servire negat, ac libertatem asserit: quocirca intentionem fundat non tantum negatione servitutis, sed & per consequentiam assertionem sui juris sive libertatis, & competit ad hoc, ut iudex rem liberam pronunciet, ut ne posthinc se inquietare adversarius intentet, sed caveat, habitam insimul emolumentum hinc percepti ratione, *d. §. ult. l. Egi. 12. ff. de serv. vind.* Ex quo vel elucescit, harum actionum genuinam differentiam defumi non à superficie verborum affirmativa vel negativa, uti post

post *Placentinum* contendit BART. *ad d. l. De servitutibus. 2. n. 4. & ad l. Si priusquam. 15. ff. de nov. oper. nunc. n. 13.* Sed potius à vi ipsa effectu- que: non enim quanta vis in verbis inest, tantandem illicò in rebus faciendam credimus, præprimis in discernendis actionibus, Dn. LUDW. *ad Wesenb. ff. h. t.* Quò respexit ULP. *in l. Loci. 4. §. 7. vers. Hoc igitur. ff. Si serv. vind.* Et ipsa naturalis ratio faciliè nos istis instruit: cum enim negatio rerum nihil absolutè sit, si sola hæc inspiceretur, liceret colligi, ex nihilo hanc actionem esse proditam, quò nihil fermè absurdus, OLD. *d. l.* Enimverò negatoria non ita foret necessaria, sed ipsius rei corporalis vindicatio aut possessio, posteaquam nemo amplius domini moveret controversiam, sufficeret, si nativam prædiorum segetem, quæ pari in dignitate sunt, consideres: at servitutibus adversus prædiorum qualitates jam inductis, illarum quandam (puta fundum) cujus dominum se declarari quis curaverit, non ita protinùs optimam maximam seu cujuslibet servitutis liberam adipiscitur, *l. Qui uti. 90. ff. de V. S.* Hinc multæ aboriuntur rixæ. Eaquæ propter quoniam præcipuum legis officium est, æqualitatem servare secundum censuram honestatis, & verò confessoria jam tum constituta fuit: negatoria desiderata est, quæ servitutum ab alio non-jure sibi in re arrogatam, exterminet, *l. Sicut. 8. §. 5. vers. dicit igitur. ff. si serv. vind.* ut cessent rixæ & majoris præcidatur labis occasio, *arg. l. Si cujus. 13. pr. ff. de usufr. OLD. d. l.* præprimis cum favorabilior videretur assertio libertatis in re propria, ac vindicandæ servitutis in re aliena, HORTENS. *in §. Equè. 2. Inst. de act.* Dn. FRANTZK. *ff. h. t. num. 2.*

XIX. Age verò quid juris, si usufructus ex testamento relictus sit, an inducitur jus ad rem personale, num reale? Et verius est, postquam jure novò legata exæquata sunt, transferri hodiè jus reale per legatum, etenim quid alioquin amabò peculiare habet *legatarius* præ cæteris? *l. A. Titio. 64. ff. de furt. l. 1. C. comm. de legat. junct. l. Sed & . 25. §. ult. ff. de usufr. l. Si Titio. 10. ff. de usufr. leg.* Quemadmodum & jure veteri, usufructu per vindicationem relictò, indubitatè confessoriam competiisse suspicor, prout ex aliis quoque legatis, non quidem uniformiter ex omnibus, sed vindicationis solum, VULT. *§. 2. n. 4. Inst. de legat. ipsò jure dominium & actionem pariter in rem transisse in propatulo est, CASTIL. hic. c. 9. n. 14. 15. BACHOV. ad Tr. d. D. 16. th. 7. lit. A. & ad Wesenb. d. n. 9. ut ita regulæ in d. l. A Titio. 64. in fin. & l. Legatum. 80. ff. de legat. 2. à*

qua ususfructus cum aliis servitutibus nusquam exceptus legitur, omnino standum sit, *l. Si partem. 19. §. 1. ff. Quemad. serv. am.* Nec verò taliter duntaxat vindicari, *l. Si Titio. 10. ff. de usufr. leg.* sed insuper ut aliquaelibet legata peti quiverit actione ex testamento, *l. Omnium. 3. pr. ff. de usufr.* Dn. LUDW. d. l. DONELL. lib. 10. com. 5. *ibiq.* HILLIG. lit. B. quam jus civile, cum identidem frontis tam perfrictæ homines darentur, qui testatore mortuò supremam ejus dispositionem, quippe quæ ex honestissimis naturæ principiis & publici juris est, solutione legatorum nolent exequi, consequenter prodidit, *l. Si creditori. 28. pr. ff. de legat. 1.* Estque in personam, ex qs. contractu, i. e. aditione hereditatis, §. *Sed olim. 2. ad fin. Inst. de legat. §. Heres. 5. Inst. de obl. quæ ex qs. contr. nasc.* neque non perpetua, quia civilis: & competit adversus eum, qui jussu testatoris exhibere obstringitur legatario, *l. 1. C. comm. de legat.* quippe cujus nomine nonnulliter agit quisque dominus, *l. Sed & ei. 2. ff. de condict. tritic. OLD. Cl. 5. act. 4.* At verò mulieri, ut possessionem dotalitii consequatur, competit elapsis 30. diebus à morte mariti condictio ex moribus: & si jam tum possessionem teneat, jus retentionis: quin etiam si alibi maritus illud ritè constituerit, non prohibetur ipsa id auctoritate propriâ fortiri, *Constitut. Elector. 33. P. 3. ibiq.* Dn. CARPZOV. & *l. 4. Resp. 20. Schults. de feud. c. 8. n. 248.* Excell. Dn. STRUV. *Exerc. F. 14. th. 14.*

XX. Sed enim utut aliàs, cui actio realis datur, eidem supervacua evadat personalis præprimis cum res, quæ jam actoris est, amplius ejus fieri non possit, §. *Sic itaq. 14. Inst. de act. §. Sed si rem. 10. Inst. de legat. 1. Et an eadem. 14. §. 2. ad fin. ff. de except. rei jud.* nihilo tamen secius est indubium, quin quod in furibus, ut reali & personali simul tenerentur, conciliavit odium, ad eorum instar è diverso singularis favor in legatariis induxerit, ut laxior agendi esset facultas, Magn. Dn. FRANTZK. *Exerc. 7. q. 1. n. 22. & 23. RIEM. Dec. 7. q. 3.* Quibus duabus actionibus insuper subjunctam deprehendimus hypothecariam, quæ jure Digest. incognita legatariis competit auctoritate legis Justinianæ, non quidem in rebus ipsis legato sibi relictis, sed in aliis à testatore in heredem transuentibus, *d. l. 1. ibi: super his quæ fuerint derelicta. & l. Si duobus. 3. C. comm. de legat.* Illas sese invicem elidere, quia contrariæ sunt, nullus ambigit, *l. Cum filius. 76. §. 8. ff. de legat. 2. arg. l. 1. ff. de furt.* BART. in *d. l. 1. C. comm. de leg. nu. 1. lit. D.* hanc verò cum utraque illarum comulari

vari posse constans & communis habet opinio, quoniam cum subeat in
 vicem cautionis, non electione sed solutione demum interit, MYNSING.
1. obs. 58. RIEM. d. l. WESENB. ad §. 1. Inst. de legat. n. 3. in fin. Conf. DN.
FRANTZK. d. l. n. 13. 24. & seqq. Quippe & cumulationem actionis per-
 sonalis & hypothecariæ in Camera viridî usu observari tradit BERNH.
 GRÆV. *D. 1. Concl. 63. Conf. 1. n. 2. & seq. Add. GAIL. qui de cumulatione*
in genere idem asseverat, 1. Obs. 13. Cæterum quid juris, si promissor
 ususfructûs perfectionem moretur, utrumne tenebitur ad præstandos
 fructus, quos, abs mora foret, is percepisset, cui facta pollicitatio? Affir-
 mativam veriore suspicor de usufructu tam inter vivos promisso
 quàm ultima voluntate relicto, per *l. Qui usumfructum. 36. §. fin. l. seq.*
it. l. Si extraneo. 46. §. 1. cum l. seq. ff. de usufr. ex æquitate ut mora non
nisi moratorem tangat, l. Hominem. 37. ff. Mand.

XXI. Et itaque *promissionem* rectè excipit *perfectio*, quæ con-
 surgit ex subjecti utriusque FUNDAMENTO. Hoc autem in *conferente*
 seu domini jure possidente est potentia quædam moralis activa seu ha-
 bitudo constitutiva, plenam proprietatem rei aucupans, *l. Utifru. 5. ff.*
si usufr. pet. Hinc fluere videtur, omnes quibus libera bonorum aliena-
 tio naturâ aut lege denegatur, vel utique illorum exercitium certis li-
 mitibus circumscribitur, servitutes tam reales quàm personales legiti-
 mè constituere non posse, *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* eò quòd actu
 aliquo prohibitò ea omnia quoque interdicta censeantur, quibus ad
 illum devenitur, GOMEZ. *var resol. tom. 2. c. 15. n. 15. per l. 6. ff. de spon-*
sal. Quippe & ARIST. dominium rerum in alienandi potestate situm
 edocet, *1. Rhet. 5.* Quid, si cui proprietas non competat in solidum, sed
 ipsi cum aliis (fortè etiam inæqualiter) communis sit? Nihil, reor, im-
 pedit, *l. Si servi 10. ff. Usufr. quemadm. cav.* quò casu à cæteris confir-
 mari oportet, *l. Pro parte. 11. ff. de servit. l. fin. ff. Com. præd.* Ita protin-
 us etiam habilis est b. f. possessor, qui æquitatis intuitu beneficiò
 prætoris habetur instar veri domini, *arg. l. 1. pr. ff. quib. mod. usufr.*
am. l. Si ego. 11. ff. de publ. in rem act. l. fin. C. de præscript. long. temp.
 Annè quoad hoc ejusdem farinae sunt emphyteuta & superficiarius?
 Utique: tametsi enim non audiant domini propriè dicti, *l. 1. ff. Si ager.*
vectig. pet. l. fin. ff. de superfic. eoque usumfructum directò & civ. jure
 constituere non possint; attamen cum dominio jus habeant consimi-
 le, jure prætorio non aliter ac domini in fundo ac superficie utilibus
 pro-

propugnatur actionibus, utilibus interdictis, l. 1. §. 6. & fin. ff. eod. junct. l. 1. pr. ff. quib. mod. ususfr. am. l. Si ususfructus 9. §. 1. ff. usufr. quemad. cav. DONELL. lib. 20. c. 8. p. 1174. & l. 9. c. 17. p. 473. HUNN. & BACHOV. ad Treutl. v. 1. D. 16. th. 2. lit. G. Add. Magnif. Dn. THOMÆ antehac Præcept. meus pl. deven. nunc desideratis. Diss. de superfic. th. 6. n. u. & seqq. Sed quid juris in vasallo? Et sicut ipsi subfeudi concessio permittitur, ita constitutio ususfructus formaliter sic dicti, quia deficit plena proprietas, eidem denegatur, Excell. Dn. STRUV. Ex. F. 12. th. 7. per tot. & th. 9. ad fin. it. Ex. seq. th. 8. Nec verò insufficientiam redoleret procurator, dummodo specialiter ad isthoc constitutus sit, vel liberâ alienandi copiâ se instructum esse doceat, per l. Qua ratione. 9. §. 4. ff. de A. R. D. junct. l. Nam & 12. ff. de pact. l. Jusjurandum. 17. ff. de rejur. l. Creditorem. 60. §. fin. ff. Mand. l. Procurator cui. 58. ff. de procurat. Generale enim mandatum uti non sufficit ad alienationem, l. Procurator totorum. 63. ff. eod. & c. 4. eod. in 6. ita & constitutionem servitutum supergreditur.

XXII. Agedum quod ad eum, qui inter vivos promittitur, ususfructum attinet, cum contractus propriâ suâ vi non sit modus acquirendi rerum dominia, sed per illum actio saltim quærat, quâ debitor ad dandum seu constituendum devincitur, l. Obligationem. 3. pr. ff. de O. & A. rationis esse suspicor, intuitu perfectionis à parte subjecti conferentis exigi non quidem veram traditionem, quippe quòd ususfructus ceu res mancipi & incorporalis, ULP. in fr. tit. 19. tradi non potest, l. Servus. 43 §. 1. ff. de A. R. D. verum utique proportionatam, & analogicam quandam traditionem atque apprehensionem, scil. conferentis patientiam & usum acquirentis, l. Omnium 3. pr. ff. h. t. l. fin. ff. h. t. l. fin. ff. de servit. d. l. Si ego 11. §. 1. ff. de public. in rem act. Magn. Dn. FRANZK. ad ff. de usufr. accresc. n. 3. SUTHOLT. D. 5. th. 47. Quid verò obtinet, si ususfructus ultimò elogiò relictus sit? Nullatenus patientiam heredis & usum fructuarii desiderat, quippe ne momentò heres dominium legati habuisse dicitur, l. Sed si. 9. §. 5. in med. ff. de pecul. Sed illud legatarius fictione quadam à tempore mortis, d. l. Legatum. 80. d. l. A Titio 64, junct. l. Si mulier. 3. §. 2. ff. de legat. 3. veritate autem à tempore agnitionis, & cum effectu demum ab adita hereditate sortitur, l. Si tibi 46. §. 2. ff. de legat. 1. l. Si patrem. 19. §. 1. ff. Quemadm. serv. am. Unde factum heredis cave ne excludas, quippe quem illud agnoscere

scere oportet, *arg. d. l. Legatum. 80.* Dn. Andr. GERHARD. *D. testam. 6. ib. 48.* RIEM. *d. D. 7. q. 4.* Dn. FRANZK. *d. Ex. 7. q. 1. n. 16. & seqq.* Add. GRASS. *§. Legatum. q. 70. n. 1. in fin.*

XXIII. Fundamentum subjecti *acquirentis*, ad perfectionem faciens itidem in habitudine quapiam morali situm est, scil. ut subjectum illud determinatum sit, & receptibile formæ, seu ad finem usquequaque habile, quod verè & naturaliter uti frui possit, utcunque id non semper in actum traducat, *l. un. §. 2. ff. Qn. dies ususfr. leg. 1. Ususfructus. 26. ff. de stipul. serv. CASTILL. hinc n. n. 23.* CUJAC. *ad l. Servitutes. 4. ff. de servit. Conf. ARIST. 4. Met. 15. & 1. Rhet. 5.* Ususfructus enim bifariam considerari patitur, vel *formaliter* & uti est quid juris: vel *materialiter* & uti est quid facti. Illic rei fructuariæ facultatem apprehendendæ in se continet, *l. Mævius. 66. §. 6. ff. de legat. 2.* hinc ex fruendo (seu ipsa actuali fruitione) consistit, *d. l. un. pr.* Isthæc verò habitudo & facultas itidem est gemina, *plena* vel *minùs plena*. Illa residet in persona sui juris, in qua acquisitio ususfructûs non modò deducitur in esse, sed ei insuper realis commodi perceptio obtingit, qualis est *paterfam. pr. Inst. Per quas pers. nob. acq.* socius, cui à socio rei communis ususfructus conceditur, *l. Si servi 10. ff. usufr. quemad. cav.* item maritus, cui ab uxore ususfructus relinquitur, *l. Interest. 6. C. h. t.* vel vice versâ, *l. Ambiguitatem. 12. Cod. eod. & id genus alii.* Hæc autem competit personæ alieno juri subditæ, in qua acquisitio ususfructûs in esse quidem producitur, at commoditas ex illa servitute aliis quæritur, *l. Placet. 79. ff. de acq. hered. junct. l. 2. C. de bon. mat.* estque similiter duplex, *patria & dominica, l. 1. & l. Item. 3. ff. de his qui sui vel alien. jur.*

XXIV. Et hæcenus de usufructu *enato*; sequitur de *crescente*. Hæc quippe jam dicta acquisitio, generatim sumpta, consuevit itidem fieri dupliciter, vel ex persona propria (ut in habilitate plena & minùs plena vidimus) vel ex aliena, idque vi *juris accrescendi*, quo de nunc dicendum. Et verò quandoquidem unus idemque ususfructus virtute supremi cujusdam elogii duobus pluribusve relinquitur, isque divisionem sui neutiquam averfatur, quocirca ut conservetur individuitas hereditatis (qua nihil magis hominibus deberi eleganter dicitur, *l. 1. Cod. de SS. Eccl.*) taliter conjunctis acquiratur vacans deficientis portio, ex præsumpta testatoris voluntate, hoc fine duos pluresve in una eademque re expressè conjungentis, quòd solidam rem magis ad alterutrum collegatariorum,

D

quàm

quàm dimidiam vacantem redire gestit ad heredem, *arg. §. Si eadem. 8. Inst. de legat. l. Planè. 34. pr. ff. de legat. 1.* Ea que propter inferuere Pandectarum collectores titulum *de usufructu accrescendo* peculiarem. Juris autem accrescendi nomine venit modus acquirendi juris civilis, quò portio vacans vigore conjunctionis coalescit alluvionis instar cum, acquisita, *l. Si duobus. 12. ff. de bon. possess. contr. tab. l. Si ex pluribus. 9. ff. de suis & legit. hered.* Et verò dicitur portio vacare vel ipse legatarius deficere, si partem vel noluerit vel non potuerit acquirere, *l. un. §. 10. ff. de cad. toll.* quàm variè id usu veniat, vid. apud Struck. *D. 4. tb. 99.*

XXV. Exinde *cum Dd.* non inconcinnè quis præsumserit, juris accrescendi effectum ad heredes, si qui supersint, esse transmissibilem, *d. l. 9.* dummodò casus obtigerit viventi transmissuro, quippe in cuius proprium patrimonium portio jam semel acquisita (ut maximè postmodò repudietur vel amittatur) jam conversa est, *d. l. un. §. 5.* adeoque nulli conjunctorum accrescere, JOH. de MONTE SPERELLO *cons. 24 n. 4. & seqq.* Scilicet cum de proprietate quæritur, id abscessè obtinet; in usufructu non item, quippe in quo jus accrescendi obringens quædam habet cum proprietate *communis*, & quædam *specialia*. Commune est *conjunctio*, qua de paulò post aliquid spacious. Sed cogitandum fortè an ratione transmissionis (tam ex parte subjecti acquirentis quàm ipsius objecti) speciale sit in usufructu, quòd vel portio adita (nondum enim occupata sequitur naturam juris communis) & deinceps qualitercunque vacans, collegatario non solùm habenti partem suam, sed & dum ex testamento usufructus deferri debet, repudianti, quinimò acquisitam abdicanti accrescat, *l. Interdum. 10. ff. h. t. l. Si quis. 32. & l. seq. §. 1. ff. de usufr. l. Ex eadem. 14. §. ff. de except. rei jud. DONELL. 10. Comm. 23.* At proprietates duntaxat ante ejus acquisitionem jus accrescendi patitur, quod postea, per alterum parte forsitan amissâ nihilomagus reviviscit, *l. 1. §. 3. vers. Sed in usufructu. ff. h. t.* in qua Ulp. diversitatis rationem subdit, quod proprietates non nisi *momentò*, puta vindicationis tempore, legetur & constituatur, usufructus autem quoad sui existentiam *quotidiè*: in quo non saltem initium acquisitionis, sed singula momenta inspiciuntur, & ita quot sunt fructuum percipiendorum facta, tot etiam legata ipsius reputantur: illa verò cum quotidiana sint, quodammodò etiam usufructus quotidiè constitui & legari intelligitur, ut si fortè conjunctorum quis adhucdum existat, omninò de se duret, neque non de novo acquiri vide-

videatur. Quod omne sequi in proprietate cadit, quæ solo tempore vindicationis sui constituitur, ZOES. *ad ff. b. t. n. 6.* DN. FRANTZK. *cod. n. 17.* At enim hinc usufructum respectu temporis accrescendi non magis verè acquisitum & postmodò amissum dixeris, sed eò demum intuitu, quòd amittens, quæ perceperit, sua faciat, percipienda verò subjaceant de novo acquirenti; constitutus tamen rectè nuncupatur. Et igitur cum hoc in usufructu speciale æstimetur, istuc imus, ut *Interpp.* illatio quoad cætera corroboretur in contrarium, *l. 1. ff. de R. J. ibiq. Dd Add. STUCK. d. l. tb. 23.* Enimverò nec in usufructu semper juri accrescendi locus est, puta si iste duobus alternis annis relictus sit: quò casu cum initio collegatarii reipsa divisum à testatore usufructum habeant, conjuncti non audiunt, *l. Si duobus. 2. ff. Quib. mod. ususfr. am.* item si usufructus ad certum usum, puta ad alimenta, legatus sit, *l. Dominus. 57. §. 1. ff. de usufr.* quod in proprietate taliter relictæ secus est, *l. Tois. 4. ff. de alim. leg.* Conf. Excell. DN. Hahn *ad Wesenb. ff. b. t. n. 4. in fin.*

XXVI. Cæterum jus accrescendi habet causam duplicem, *principalem & minùs principalem.* Principalis est lex civilis: quippe dictum jus, si ex intimo capite originem exquirimus, defluxit ex ipsa L. 12. tabb. *ibi: uti quisq. rei sue legasset, ista jus esto.* Minùs principalis non insubidè iterum dispescitur in *impulsivam & instrumentalem.* Impulsiva pullulat ex mente L. quòd in civile sit, quempiam hereditatis partem adisse & partem ejus respuisse, *l. 1. l. Cum hereditate. 55. ff. de acq. hered. d. l. un. §. 10. C. de cad. toll. l. Quidam. 20. in fin. C. de jur. delib. l. Testamento. 6. C. de impub. & al. substit. vel testatò & intestatò simul decessisse, l. Jus nostrum. 7. ff. de R. J. quòd jus habendi heredem sit indivisibile, DN. Hahn d. l. n. 3.* A qua regula quosdam casus excipiunt, *l. Si solus. 80. §. fin. ff. de acq. hered. l. Servus. 67. ff. cod. Nov. 1. c. 1. §. 1.* DONELL. ENUCL. 7. *comm. 12.* DUAR. *hic 2. c. 1.* quibus subscribit DN. GERHARD. *dec. 10. q. 8.* Quippe defunctus repræsentatur per heredem, & verò uti nemo pro parte in natura esse fingitur: ita veritate fictionem imitante nec pro parte repræsentari quiverit; ex quo est quòd hereditas dicatur iudivida, *l. Pomponius. 8. in fin. ff. de R. V. l. Heres. 22. ff. de usucap. DUAR. hic 1. c. 1. GOMEZ. 1. var. Resol. 10. n. 27.* Hinc eadem causâ impulsivâ hanc legem civilem post utiliter secuta est prætoria, *l. Bona 3. fin. ff. de bon. poss. l. un. C. Qn. non petend. part. ibique BALD. n. 33.* Instrumentalis est *conjunctio*, eaque itidem gemina: una ex legis, altera ex hominis ordinatione

proficiscitur, *l. Cum singulis. 11. ff. h. t. d. l. Si ex pluribus. 9. ff. de suis & leg. hered. d. l. un. §. 10. C. de cad. toll. Conf. Dn. FRANTZK. Ex 7. q. 3. n. 1. & seqq.* Legalis maximam sui partem versatur circa materiam successionis legitimæ, *d. l. 3. §. fin. d. l. Si ex pluribus. 9. l. Si duo. 38. ff. de suis & legit. hered.* adeoque saltem in directo jure acquirendi, cujusmodi est hereditas, & pariter ad ejus instar introducta bonorum possessio, *d. §. fin.* scil. quando lex civilis & prætorica plures ad eandem rem conjunctim vocitant, *CAST. d. l. c. 48. n. 31.* Cæterum negotium facessit *BART. in l. Re conjuncti. 89. n. 25.* contendens non ita simpliciter conjunctionem exigi in jure accrescendi, eò quòd omninò hoc sibi arrogent etiam *separatim instituti* & protenus ab intestato venientes. Enimverò utut tales secundum voluntatem disponens apertè disjuncti videantur, tamen vel ipsa ratio evincat, illos ex necessitate legis pro conjunctis haberi, *l. Liber. 59. §. 3. l. Heredes. 63. ff. de hered. instit.* Cujuscemodi vestigiis similiter insistit *l. Servus. 67. ff. de acq. hered. junct. l. Consultissima. 21. §. 1. C. de testam.* Eaque in re eadem est ratio legati, non quidem *proprietas*, quippe in qua legatis conjunctio, cessante juris necessitate, nihil accretionis operatur, *l. Et Proculo. 20. ff. de legat. 2.* sed solius *ususfructus*, in quo prædicta legis necessitas oboritur, ut videre est *in l. 1. §. 1. ff. h. t. GOMEZ. d. l. n. 28.* quod oppositivè ad proprietatem in usufructu itidem speciale est, cum personis usquequaque non rebus inhæreat, *DUAR. d. l. n. 13.* Illud hîc quæritur, an jus isthoc planè exulet à contractibus? Quod aff. eò quòd contractus saltem pro parte possunt subsistere, *l. Si mihi. 110. ff. de V. O.* adeoque nec in tutela etiam testamentaria idem jus obtinere rationis est, *l. Si quis. 11. §. fin. ff. de testam. tut.* potissimum quòd tutelæ administratio nomine quasi contractus designetur, *§. Tutores. 3. Inst. de obl. quæ ex qs. contr.* At verò num item in feudis? Non dixerim, utut concorditer *Dd.* in contrariam abierint opinionem, *RIEMER. decis. 7. quest. 1.*

XXVII. Quæ verò ex hominis provisione oritur conjunctio, ea quidem, quàm legalis, est potior, *arg. l. Quamdiu. 39. ff. de acq. hered. l. Quamdiu. 89. ff. de R. J. l. Antequam. 8. C. Comm. de succ.* voluntati tamen & auctoritati legis nullò modò detrahit, *l. Nemo. 55. ff. de legat. 1. Nov. 22. pr.* (prout etiam ex tutela testamentaria quadantenus relucet,) utique quòd conjunctionis hujus effectus ad se trahat causam intestati, *l. 1. §. 4. l. Quoties. 9. §. 13. ff. de hered. instit.* Et ita jus accrescendi non habet

habet locum in testamento militari, quod miles partim testatus partim
intestatus decedere possit, *l. Si miles. 6. l. Si duobus. 37. ff. de testam. milit.*
l. 1. l. 2. C. eod. nisi jure communi uti maluerit, l. Quamquam. 3. C. d. t.
Acrior existit pugna in testatore pagano, an dictum jus prohibere queat?
Et negativa videtur verior, *arg. l. Si ita. 74. ff. de hered. instit. quod ratio*
& autoritas legis ubique summa sit, l. Quidam. 27. ff. de condit. instit.
l. Conditiones. 14. C. eod. l. Si quando. 35. pr. C. de inoff. testam. Nov. 22.
c. 2. in pr. adeoque voluntate hominis potior, ut ita prohibitio illa red-
datur elusoria, *DUAR. d. l. c. 2. quam sententiam practicari tradit HIPPO-*
LYT. RIMINALD. lib. 6. consil. 620. n. 29. Et itaque hæc conjunctio ut plu-
rimùm obtinet in successione testamentaria; ac secundùm modos, di-
versimodè voluntatem testatoris detegentes, constituitur triplex: realis,
verbalis, & quæ ex his componitur mixta, *d. l. Re conjuncti. 89. junct. l.*
Triplici. 142. ff. de V. S. Realis est, quæ legatarios disjunctim seu diver-
sis orationibus ad eandem rem vocat: verbalis, quæ eadem oratione ad
diversas partes: mixta, quæ simul ac conjunctim ad eandem rem, sive
totam, sive partem, *PACIUS ad d. §. Si eadem. 8. Inst. de legat.* ubi videtis
exempla. Discriminatur verò suâ quæque harum differentiâ specificâ.
Realis enim convenit cum mixta quoad *res*, scil. quod utraque desideret
partes corpore conjunctas & intellectu divisas: propriè tamen & genui-
nè differt ab eadem juxtâ & à reali, quoad *verborum* seriem, *d. l. Planè.*
34. Contrà verbalis congruit mixtæ quoad *structuram verborum*: discre-
pat autem ab ea, & à reali pariter, quoad ipsas *res*, eò quod requirat par-
tes intellectu conjunctas & corpore divisas, *d. l. Si duobus. 16.* Confer.
STUCK. d. l. th. 84. Ut ita non injuriâ realis illa conjunctio *diversimodè*
indigitari quiverit verbalis disjunctio, & vice versâ verbalis conjunctio
(concurfu subsequente) realis disjunctio, non quod *res* excludatur, sed
magis quod expressè à testatore in partes sit divisâ: etenim dum ille in
reali diversis orationibus duos pluresve segregat, per sermonem ab invi-
eem disjunctos velle præsumitur conjungere, soliditate rei unicuivis as-
signatæ: è converso non opus est solidum in verbali exprimat, quoniam
unitate sermonis quodammodo in unum corpus eos redegisse videtur,
BARO in d. §. 8. DN. LUDWELL. ad Wesenb. ff. b. r. n. 4. DN. FRANTZK. d.
Ex. 7. q. 4.

XXVIII. Ad mixtam quod spectat, eam verbali magis affinem esse
quàm reali, de quæ illa plus participare argutatur *ZASIVS lib. sing. res. c.*

18. n. 3. & seqq. Sed enim verbalem potio- rem ejus partem exhibere, uti in proclivi est: ita realem non minus ei inesse ac verbalem, haud vacillaverim, præprimis cum non tam naturam simplicium (quippe quæ parâ conditione censentur, adeoque utrinsecus de se æquâ lance communicant) quàm eorum potius commixtionem attendi jam oporteat, STUCK. d. l. rh. 79. & seqq. Illud non abs re est, quòd ubicunque LL. conjunctionis abscissè & simpliciter meminerint, usque exaudiant καὶ ἑσθ' ἕσθ' mixtam, WESENB. ad d. §. 8. Cæterum si compages ternariæ illius conjunctionis in testamento deprehendatur, & quilibet ex taliter conjunctis sui copiam in petendo legato exhibeat, jure potiores sunt & reliquos superant mixtim tales, d. l. Re conjuncti. 89. ibiq; BART. In concursu verò re tantum & verbis tantum conjunctorum, cum utriq; parâ æstimentur ratione, quòd tam expressè, quàm tacitè à testatore vocati sint, parâ quoque jure & æquali causâ eos invicem gaudere firmiter statuimus, d. l. un. §. 10. C. de cad. toll. l. Si ita. 66. ff. de hered. instit. GOMEZ. d. l. n. 32.

XXIX. Relinquitur his usque dictis, ubicunque nulla sit conjunctio, nullam penitus (sive illam svadeat tacita voluntas testatoris, d. l. Jus nostrum. 7. ff. de R. J. sive ipsa legis autoritas, d. l. un. §. 10. l. Item. 8. ff. de suis & legit. hered.) confurgere accretionem, partemque deficientis ad nullum alium redire quàm heredem testamentarium vel legitimum, d. l. un. §. 4. C. de cad. toll. Dn. Hahn d. l. n. 3. ut maximè quandoque ipsò jure aliqui concurrant: ejus rei vestigia videsis in l. 1. §. fin. & l. seq. ff. b. t. ubi simul assignatur ratio, scil. ususfructum in personis coheredum constitutum videri, non concursu insequente divisum; quò ipsò innuitur, ut jus accrescendi obtineat, conjunctionem quandam ceu causam (non concursum qui ex causa pullulat) præcedere debere illam constitutionem: quod tamen heic loci neutiquam contingit, asserente BART. in d. l. 2. ff. b. t. Quamobrem alterò coheredum (quippe ad quos ususfructus, qui nudâ proprietate legatâ, non potest non deduci, ex tacita voluntate testatoris refertur) deficiente, ejus portio non alteri coheredi, sed legatario, per rationem suprascriptam, omnimodè acquiritur: utique quòd cessante conjunctione nec unicuique solidum, in quo fit conjunctio, relictum intelligitur; & verò d. l. ususfructus aditione hereditatis seu concursu demum in esse producitur; quocum ita fortè comparatum est, quasi disjunctim & pro diviso utrique heredi relictus esset:

esset: adeoque cum nullâ ratione totum sit, nec ibi jus accrescendi esse
necessum est, Conf. Magn. Dn. FRANTZK. ff. b. t. n. 15. Ex quo est, quod
Jctus in l. seq. 3. ratiocinetur, totius jus accrescendi esse, quoties in duo-
bus, qui in solidum habuerunt, concursu divisum est: quod dictum cum
antehac vel acutissimorum hominum ingenia sat mirificè torqueret, eò
quod nullò penitus exemplò verificari quibat, HORTENS. ad rubr. d. t. p.
150. (Si enim uterque collegatariorum dicatur ab initio rem solidam
habere, impossibile est remanere, quod toti accrescat; sin iis concurren-
tibus demum legati soliditatem scindi possideris, & alteruter vel ante con-
cursum defecerit, tunc quia totum adhucdum illibatum: vel post con-
cursum, quia in partes quidem divisum est, illarum verò nulla, quali-
tercunque semel acceptata, amplius potest respui, oportet sanè per re-
rum naturam itidem non superare quod accrescat) postmodum à recen-
tioribus juris Interpp. tutela in verbo *Concurrere* sagaciter peruestigata
est, scil. quod illud *ambiguè* dicatur, denotans modo id, quod *juris* est
inque potentia consistit, contemplatione partium logicarum: modo id,
quod *facti* est, & in actum traducitur, intuitu partium physicarum (de
quib. utrisque paulò post;) ut ita illic testamentò vires sortiente statim,
ab initio, etiamsi partem nîldum agnoverit, tantùm eam ne repudiave-
rit, concurrere dicatur, prout etiam ignoranti à mortis tempore do-
minium legati obvenire credimus, arg. l. *Servum*. 44. §. 1. ff. de legat. 1.
l. *Cum pater*. 77. §. 3. ff. de legat. 2. l. *Magis*. 5. §. 8. ff. de reb. eor. qui
sub tut. hîc verò ipsâ demum actuali agnitione, Dn. FRANTZK. d. l.
num. 11.

XXX. Age verò si uni fortè certa quædam species, puta fundus,
alteri ejusdem vel omnium bonorum ususfructus relinquatur, utrum
illi in tali certa re saltem nuda proprietas, arg. l. *Intoto*. 80. ff. de R. J.
numve ususfructus in eadem cumulativè & utriusque intuitu relictus,
eoque *conjunctio* inter eos facta intelligitur? Posterior sententia com-
munior est & verior, vid. d. l. *Idem*. 3. §. 2. l. *Si proprietatis*. 9. ff. b. t. l. *Si*
alii. 19. de usufr. leg. l. *Si tibi*. 6 ff. de usufr. ear. rer. Dn. Ludw. ad *Wê-*
senb. ff. de usufr. leg. n. 2. cum præsertim sub proprietate, nullâ separa-
tione disertè à testatore factâ, simul ususfructus contineri legarique cen-
seatur, BACHOV. ad §. 1. *Inst. de usufr.* Quocirca plus valet hîc scriptura,
quàm ipsa testatoris minus declarata voluntas, d. l. 19. *in fin.* quando qui-
dem ususfructus proprietati nimis tenaciter coheret (prout de causali,
cujus

cujus hic formalis partem exhibet, elucescit) & ita ab eadem per generalem *d. l. 80.* consequentiam non facile divellendus videtur, quæ *consequentia* vera est in tali demum genere ac corpore, quod multis distantibus naturâ & quasi per se in ipso genere divisus constat, ut vernis & peculiis, de quibus *in l. Servis. 99. §. fin. ff. de legat. 2. l. Si peculium. 6. §. 3. ff. de pecul. leg.* quo casu quia unum testator exprimit, alteri non nisi specie illâ *deminutum genus* relinquere gestit; hîc verò non item, Dn. CARPZOV. *part. 3. C. 13. def. 7. num. 7. ubi subdit præjudicium.* Dn. FRANTZK. *d. l. n. 25.* Quod si iudex alii fundum, alii ejus usumfructum adjudicaverit, num perinde usumfructus communicabitur? Minimè gentium, *per l. Et puto. 16. §. 1. ff. Fam hercisc.* Sed si huic purè, alteri in eadem re conditionaliter relinquatur, utrum totus cedit ei, cui purè relictus? Ita sanè, ut tamen conditione existente communicetur, *l. Idem. 6. §. fin. ff. h. t.* At verò taliter conjunctis malè concordibus datur iudicium communi dividundo, *l. Si cuius. 13. §. 3. ff. de usufr.*

XXXI. Cæterum conjunctio usu venit rebus saltim naturâ suâ dividuis, BART. *in d. l. Re conjuncti. n. 17.* non tamen in ipso toto sed in partibus, *d. l. Idem. 3. d. l. Interdum. 10. ff. h. t. l. Si Titio. 33. ff. de usufr. l. Item. 17. ff. de hered. instit. l. Hæc scriptura. 26. ff. de condit. & demonstr. Et verò triplex vulgò totius fit divisio: 1. totius integralis seu quantitativi in partes itidem integrales seu quantitativas: easque faciunt duplices, similes & dissimiles; 2. numeralis in inferiora sua, 3. universalis in partes subjectivas seu alicujus magis communis in minus communia, BART. *d. l. STUCK. d. l. th. 88.* Et hæ sunt rerum divisiones *per se.* Dantur adhuc aliæ, quas divisiones *per accidens* appellant; Sed quoniam jus accrescendi has istas parùm curat, CORAS. *in l. Testamento. 6. C. de impub. & al substit. n. 24. & seq. silentiò obtegimus.* Partes autem hîc oborientes commodum dispescunt in *civiles* seu logicas & *naturales* seu physicas, Dn. HAHN *ad Wes. ff. h. t. n. 4. not. In his igitur. pr.* Illæ fiunt, saltem (ita loquuntur) intentionaliter & tacitè ex nostra interpretatione: hæ verò reapse & expressè, Conf. STUCK. *d. l. th. 92.* Quælibet verò conjunctionis species utrasque harum partium recipere non abhorret, modò tamen & tempore diversò, LUDW. *ad Wesenb. eod. n. 4.* Et itaque in reali & mixta obtinent ex intentione disponentis ab initio (*seu concursu potentiâli*) civiles, *d. l. Si duobus. 16. §. 1. d. l. Planè. 34. §. 9. l. Hujusmodi. 84. §. 8. ff. de legat. 1. concursu verò (actuali) naturales, d. l. Hæc scri-**

scriptura. 26. d. l. Si separarim. 3. l. Coniunctim. 8. ff. de legat. 3. Enim-
verò civiles usque hinc subesse & ingredi jus accrescendi nemo dubitat :
naturales autem, quippe quæ concursu isthoc insequente pro diviso fi-
unt, nihil penitus (præter illam specialitatem in usufructu obtingentem)
ut dicto juri locus sit cooperantur, utique quòd in cæteris portio se-
mel acquisita regulariter ad heredes devolvatur, *ALCIATUS in d. l. Re con-*
iuncti. 89. n. 36. DONELL. 7. Comm. 12. CORAS. d. l. n. 7. At enim quoad
verbalem nobis ita fugiendum est ne præter casam : & verò admittit illa
haud dubiè ab initio partes physicas, pro indiviso relictas, *d. l. Si duobus.*
16. §. 2. verum collegatariis deinceps non concurrentibus testatorem lo-
gicè totum reliquisse jure asservari poterit, *l. Utrum. 7. ff. de reb. dub.*
Conf. Dn. Ludw. d. l. Aliter rimatur hæc VULTEJ. in §. ult. Inst. de do-
nat. n. 6. qui tam partes logicas quàm physicas (quod tamen concursu a-
ctuali subsequente demum verum est) illis absolutè datas autumat, *arg.*
l. Hujusmodi. 84. §. 12. ff. de legat. 1. quo de in discursu videbimus. Ne-
que non in scirpo nodum querit hinc cum suis asseclis *DUAREN. l. 1. c. 10.*
qui verbalem conjunctionem omninò abnegat jus accrescendi in usu-
fructu operari, *arg. l. pen. ff. b. t.* quòd scil. usufructus taliter relictus
verè in plures diducatur, proprietas autem de se perduret eadem, *l. Rectè.*
25. §. 1. l. Locus. 60. ff. de V. S. Quippeni ! illud enim non, nisi relictæ
inter se cognatione quadam devinciantur, eoque totum concilient, ob-
tinere dicimus; Duareni v. assertio falsà nititur hypothese, & procedit de-
mum in contrario, de quo speciatim *in d. l. Hujusmodi. 84. §. 12.* ut ita ces-
sante, quoad hoc, diversitatis ratione in proprietate & usufructu, ipsa
necessariò diversa cesset dispositio.

XXXII. Quibus prælibatis, quàm hætenus, facilior communis
illa investigatu redditur divisio, quam faciunt in *jus non-decrescendi* &
in specie *jus accrescendi* dictum, *BART. d. l. 89. JASON. ead. nu. 2. & seqq.*
WESENB. ff. b. t. n. 4. Hoc competere dicunt conjunctioni reali in u-
sufrectu, & verbali in proprietate : illud attribuunt reali & mixtæ itidem
in proprietate, *d. l. un. §. 11. vers. Sin verò nemo. ibi: nec aliis accrescit.*
C. de cad. toll. Porro collegatariis hujus ordinis existimant nolentibus
haudquaquam accedere deficientis portionem, *l. Si minor. 61. ff. de acq-*
bered. d. l. un. §. 11. vers. Si verò pars. incumbere tamen iis, ut sustineant
accretæ portionis onera, *ead. l. un. §. 4.* Et è converso conjunctis illius
ordinis dicunt accrescere omninò, *l. Neminem. 4. de legat. 2.* ut tamen

E

à gra-

à gravamine immunes sint, *d. §. 11. in fin.* Vid. THOLOZAN. *in syntagma jur. univ. lib. 46. c. 11. n. 2.* Verumenimverò distinctionem istam si penitiùs consideres, evanescat oportebit: etenim præterquam quòd verbum *decrescendi* veteribus Jctis planè incognitum, nec ullibi usurpatum legimus, divisi seu totius membra dividenda hîc videntur prorsus eadem; quæ tamen ut inter se opposita sint, si non re, utique ratione saltem, est sanè præceptorum in divisione Logicis non ultimum, HORNEJ. *in Comp. Dial. l. 1. c. ult. §. 4. in fin.* Etenim quod *d. l. un.* in conjunctione verbali quoad partes naturales dicitur *accrescere*, id iniutu partium civilium ex voluntate disponentis est nihil aliud, quàm *non-decrecere*; & vice versâ, quod *ibidem loci* in conjunctione reali, contemplatione partium naturalium traditur *non-decrecere*, id quoad partes civiles, quæ initiô actutum factæ æstimantur, rectè dixeris *accrescere*: quippe & hîc tacitè alter alteri substituitur, *arg. l. Si Titio. 61. §. 1. ff. de legat. 2.* Et igitur hoc istud æstimandum est non tam ex titulo, quàm mente testatoris, eventum & effectum ubique respicientis: etenim quodcunque voluntatis in verbali partes naturales inobscurant, hoc unitas sermonis in aprico ponit; è diverso quicquid in reali non ita protenus ex sermone patet, illud soliditas rei interpretatur: ut ita utrinsecus jus accrescendi usû veniat, *vid. l. 1. §. 3. ff. b. t. Conf. BACHOV. ad Wesenb. ff. b. t. n. 4. Dn. LUDWEL. & Dn. Hahn. eod. qui in praxi id observari tradit. Add. Dn. FRANTZK. d. Ex. 7. q. 3. n. 10. & seqq.*

XXXIII. Nec eo magis distinctio quoque facienda inter conjunctos concurrentes: Etenim quicunque portiones suas acquisivere, neutiquam renunciare queunt accretioni, sed eis etiam invitis, ipso jure & tacitè evacuatum accedit, *l. Si quis. 35. pr. l. Qui ex duabus. 53. §. fin. l. Qui patri. 59. l. Si solus. 80. ff. de acq. hered.* Idque non solùm jure veteri Digest. sed & Justinianèo, *d. l. un. §. 10. C. de cad. toll. l. Testamento. 6. C. de impub. & al. substit.* ob prædictam, quam subesse dicunt, rationem, *necubi hereditas legatumve disjungatur*: id quod partim hominis, partim voluntati legis maximè conforme est, quippe cujus utriusque conservatio finis juris accrescendi reputatur, *STUCK. d. D. 4. th. 168. & seq.* Verùm tamen accommodatior nonnihil videtur limitatio (prout etiam *dd. ll.* innuunt) istud obtinere, si quis partem suam acquisiverit, non ignorans portionem abstinentis esse vacuum, *l. Si duo. 38. l. Cum hereditate. 45. l. Si minor. 61. ff. de acq. hered. l. Si pupillus.*

Jus. 79. ff. ad SC. Trebell. RIEM. D. 7. q. 6. Gravamina denique reddendi fortè legatum aut fideicommissum, in successoribus universalibus (præter hereditatis emtionem, *l. Ratio. 2. C. de hered. vel act. vend.*) accretionem concomitari ratio juris postulat, *d. §. 10.* DUAR. *hïc l. 2. c. 2.* Num autem indistinctè in particularibus aliter observandum, non ita expeditum est. Illud constat partem unius *ex duobus* deficientis, alteri cum onere simpliciter accedere: *ex plurib9* verò, pro quota partis acquisitæ, *l. Mortuo. 49. §. fin. ff. de legat. 2.* GRASS. *§. Jus accrescendi. q. 30. §. Institutio. q. 21.*

XXXIV. Haftenus de causa. Effectus juris accrescendi est adeptio domini, *arg. §. fin. Inst. de donat. d. l. un. §. 10.* obtingentis ipsò jure, GOVEAN. *hïc n. 1.* & sine nova petitione, BART. *in l. 3. §. 1. ff. de bon. poss.* Pro illo tamen eadem remedia competunt, quibus vacantem portionem peteret is, cui primitùs erat debita, potissimùm quòd in locum succedens sequatur etiam jus, quod antecessor habuit, *l. Si mulier. 32. ff. ff. ad SC. Vellej. l. Si eum. 10. §. 2. ff. si quis caut. in jud.* Ad hæc est aliquid, nòsse quid obtineat, quando à fructuarii persona ususfructus resilit, an non nisi proprietatem acquirenti ille commigret, idque utrum jure *consolidationis*, numve jure magis *accrescendi*? Et *trifariam*, opinor, evenit, aut enim repudiatur, aut amittitur, aut denique finitur. *Illic*, si jure *consolidationis* redire ponitur, non certè id usu aliter veniret, quàm si proprietatem ei, cui relicta est, adhucdum inhaereret; cæteròquin illi, cui ab hoc acquisita est, obtingeret, per *l. Idem. 3. §. fin. ibi: non amittente. ff. h. t.* Sin jure accrescendi (quod veritati ceterius) ad eum indistinctè redit, proprietatem habeat, nec ne, *arg. d. l. Si Titio. 33. in fin. ff. de usufr.* *Istic*, si is cui relicta est proprietatem, & cui ususfructus jam obvenerat, eum itidem amittit, fortè capitis deminutione, vel non utendo per tempus legitimum, is sanè in persona fructuarii, cui primitùs relinquebatur (verùm ne interea temporis capite minuatur) reviviscit, ei que totus acquiritur. *Hïc*, omninò penitùs *consolidationis* jure cum proprietate coalescit, in tantum ut nunquam reconvalescat, nisi denuò concedatur, Conf. Magn. Dn. FRANTZK. *ff. h. t. n. 26. §. seqq.* HORTENS. *ad d. l. 3. §. fin. in princ.*

XXXV. Atenimvero ut solidiùs repræsentetur *Ususfructus* entitas, ejus *essentialia* cum *accidentalibus* distinctim hïc considerari expedit. *Essentialia* duplicis sunt generis, *constitutiva* & *consecutiva*. *Consti-*

rutiva sunt, quòd non dominium plenum, sed nudus saltem ususfructus (loquimur de proprio) concilietur in objecto suo, quod *Terminus* est & potentia moralis passiva; quo de nunc dispiciendum. Id autem generatim dico omnes res, quarum natura qualicumque usui & fructu, alii quàm domino acquirendæ, est accommodata, *arg. l. 1. ff. de usufr. ear. rer.* SCHNEIDEW. §. 2. *Inst. b. t. n. 1.* Et isthæc applicandi qualitas in objecti *Fundamentum* subit. Sunt verò illæ res vel mobiles vel immobiles. Ordine mobilium sunt servi, jumenta, apes, grex, *l. Si servi. 21. ff. eod. l. Item. 9. §. ff. d. t. l. Grege. 21. ff. de legat. 1.* Eaque in re diversa ratio est feudi (propri) quod non nisi in rebus immobilibus constituitur, aut certè in his, quæ immobilium jure habentur, *2. F. 1. VULTEJ. de feud. c. 2. n. 9.* eoque quoad capacitatem jus feudi recipiendi coincidunt, *d. 2. F. 1. in fin. 2. F. 23. in fin.* Scilicet immobilium duæ dantur species, quæ sunt vel *naturaliter* vel *civiliter* tales. Naturaliter immobiles sunt, quæ naturâ suâ moveri nequeunt, & istiusmodi res ad ususfructum habiles sunt prædia tam urbana, puta ædes, balnea, taberna, diætæ, *d. l. 7. §. ff. b. t. l. Si cui. 12. ff. Quib. mod. usufr. am.* quàm rustica, veluti stagna, arvi, horti, *l. Quid tamen. 10. §. 3. ff. eod. d. l. 10. §. 4. l. Cum ususfructus. 24. pr. ff. d. t.* Civiliter immobiles sunt, quæ lege & intellectu immobilibus aggregantur; & hæ iterum considerantur *bifariam*, vel ut corporales mobiles, quando immobilibus cohærent, ac civiliter loquendo separari nequeunt, ut animalia & instrumenta ad fundum accolendum necessaria, quæ *cumulatim* in ususfructum transeunt, *l. Sed si. 15. §. 6. ff. b. t.* quòd accessorium sequatur principale, *c. Accessorium. De R. J. in 6.* Conf. Excell. Dn. STRUV. *D. F. 6. th. 12.* Vel ut res incorporales propriè tales, quæ per hoc censentur immobilium jure, quòd hisce insunt, cujus ordinis est jurisdictio, *GAIL. 2. obs. 11. n. 10. BERLICH. p. 3. concl. 33.* cæteroqui naturâ suâ nec mobiles nec immobiles videntur, sed tertiam rerum speciem, constituunt, *l. Quam Tuberonis. 7. §. 4. ff. de pecul. l. Quæsitum est. 12. §. 25. ff. de instruct. legat. l. A Divo. 15. §. 2. ff. de re judic. l. 1. C. de prat. pign. PINELL. ad rubr. C. de bon. mat. p. 1. n. 24.* Ut maximè verò incorporalium nulla sit proprietas & dominium, quod heredis ossibus insideat, eoque nec ullatenus earum ususfructum designare quiveris: non minùs tamen rectè in materia *fructuaria* & *feudali* proprietatis nomen ad eas, ut civiliter immobiles, extenditur.

XXXVI. Res ad quasi Ususfructum pertinentes citra interitum
sua

si verum usum non præbent, sed momentaneum saltim vel celerem ab-
usum, HOTTOM. §. 1. *Inst. h. t.* Vocantur aliàs fungibiles; quamvis hæc
notio latiùs pateat, adeoque res, quarum in abusu usus est, species qua-
dam sint, functionem in genere recipientium; de quibus & quemad-
modum differant à corporibus, solidè docuit Excellentiss. Dn. PRÆSES
in prælect. publ. ad l. Mutuum. 2. §. 1. ff. de reb. cred. Ejus verò ordinis sunt
edulia, vinum, oleum, frumentum, aromata, pecunia numerata, *l. Si vi-
ni. 7. l. Si lana. 11. ff. de usufr. ear. rer. §. Constituitur. 2. Inst. h. t.* quæ pecunia,
tametsi verè non sit in abusu, effectum tamen utiq; in illo est: unde si expen-
datur secundum eum ad quem destinatur usum, extingvi quodammodo
videtur, non in suâ entitate, sed usu & ut *Imperator inquit d. §. 2.* per-
mutatione, voce hac latiùs acceptâ: profus ut ARIST. 1. *Pol. 6.* nummum
inventum esse dicit *ωγς ἡ ἀλλοτρίη*. Et hæc eadem ratio pecuniæ quæ
facit, ut usufr. esse pecuniæ possit, facit etiam ut in feudum dari possit.
Ut enim essentia feudi adversetur, unâ cum utili dominio directum,
pariter vasallo quæri, & tale feudum planè destituatur objecto adæ-
quatò seu qualitatè feudalem recipere capaci: nihilo tamen seciùs
contemplatione obligationis ad præstandam fidem, ceu feudi differen-
tiæ specificæ, illud feudi nomine insigniri credimus, Excell. Dn. STRUV.
d. l. exeg. th. 2. qua in parte concordat *Const. Elect. August. 30. p. 3.* Add.
WESENB. *vol. 3. conf. 105. n. 9.* Sed quid de vestimentis, quæ non con-
sumuntur, sed usu paulatim cum aliquo tractu temporis saltem immi-
nuuntur, eoquæ haud perinde salva remanent, utrum proprius, an im-
proprius eorum datur ususfructus? Fortè diversimodè consideranda ve-
niunt, nempe vel ut corpora seu species, *l. Sed si. 15. §. 4. ff. h. t. l. Si usus-
fructus. 9. §. pen. ff. usufr. quemad. m. cav.* vel sicut quantitates, *d. §. Con-
stituitur. 2.* exemplò pecuniæ, quæ è converso usu juris quantitas est &
corporibus opponitur: non magis tamen subidè ut species considerari
potest; quippe aliud est valor pecuniæ, aliud ipsa pecunia, *l. Sed si. 51. ff.
de legat. 1.* BACHOV. *Instit. de reb. corp. & incorp. num. 1.* Magnif. Dn.
FRANTZK. *ad ff. de usufr. ear. rer. n. 5.* Illò casu proprium in iis consiste-
re statuimus, nec obligari promissorem, si fortè attrita sine dolo malo
reddiderit, ipse tantum utendò, non item alii elocandò, *d. l. 15. §. 4.* dum
ne sit vestis scenica aut funebris, quippe cujus alioqui nullus foret usus,
d. l. 15. §. 5. ZOES. *ad ff. d. t. n. 3.* Hoc verò casu improprium, Magnif. Dn.
UNGEPAUR. *Præcept. meus perpetim col. Exerc. 6. q. 8. in Nego.* idque,

tum quòd verè ex iis rebus, quæ functionem in suo genere recipiunt, ut lanâ, sericò, constant, *arg. l. pen. ff. eod.* tum quòd ipsa numerò aestimari possunt, adeoque ejusdem generis & bonitatis alia restitui, *l. Si in rem. 6. ff. de R. V.*

XXXVII. His hætenus dictis consecrarium est, in rebus *inutilibus*, fundo puta sterili, *l. 3. C. Theod. de indulg. deb.* & in rebus commercio hominum exemptis, propter specialem quæ ipsis supervenit qualitatem, *§. Nullius. R. Inst. de R. D. l. 1. ff. eod. l. Sancimus. 21. C. de SS. Eccl. Nov. 46. Nov. 67. c. 4. auth. Præterea. C. d. t.* aut speciali ratione, alienari vel obligari prohibitis, *l. 1. §. 1. l. Lex Julia. 4. ff. de fund. dot. auth. Res que. C. Comm. de legat.* usumfructum non consistere, *CASTIL. hîc. c. 49. n. 1.* At si tales res contineantur in re fructuaria, cum ea simul transeunt, non ut in ipsis exercitium juris utendi-fruendi possit intentari, sed duntaxat ut ibi simul maneant, *arg. l. Hanc legem. 22. cum duab. seqq. C. de contrab. emt. l. Quedam. 62. ff. de A. R. D.* Idque abscessè obtinet ex generali indole quarumvis servitutum, *personalium* neque non *realium*, quippe quarum ususfructus in rebus inutilibus in esse deduci inutiliter pertenditur, utique quòd utrarumque eadem sit constitutiva ratio, *l. Statua. 41. §. 1. ff. b. t. l. Via. 5. l. Quoties. 15. ff. de Servit.*

XXXIIX. Cæterum non in sola bonorum parte, *l. Etiam. 43. ff. b. t.* sed & in tota illorum compage, quinimò præsentium & futurorum pariter (post testamentum conditum) ususfructus constituitur, *l. Quoties. 34 §. 2. §. ult. ff. b. t.* quoniam legati ususfructus dies cedit demum ab adita hereditate, *Dn. Ludw. ad Wesenb. ff. de usufr. legat. not. Omnium bonorum.* Quò casu, etiamsi simpliciter relictus sit, indistinctè omnis reditus ex iis bonis & juribus relictus debetur, *l. Uxori. 37. ff. de usufr. leg. ZOES. ad ff. b. t. n. 10. Add. CAST. d. l. c. 68.* Non tamen ultra valorem dotantis, *l. Omnium. 29. ff. de servit.* Idem & in feudo (filiabus tamen salvâ itidem legitimâ, *vid. tot. tit. C. de inoff. testam. Rosenthal. de feud. c. 6. concl. 68. n. 29.*) obtinere nullus ambigo, *arg. l. Si quis. 35. §. 4. & 5. C. de donat. Excell. Dn. STRUV. Ex. F. 7. th. 10. exeg.* Et itaque si mater omnium bonorum usufructuaria à patre instituatur, vel statuto aut cõsuetudine (ut Colonia Agrippinæ) isthoc obtineat, filius sive quartam sive totam proprietatem habeat, legitimam ususfructus defalcare haudquam prohibetur, *Novell. 18. c. 3. auth. Novissima. C. de inoff. testam.*

Go-

GOTHOFR. ad d. l. 29. ff. h. t. GAIL. 2. obs 144. CASTIEL. c. 60. Anne verò & extraneo heredi instituto competit Falcidia? Omnino, per l. 1. §. 9. l. Verbis. 5. ff. ad L. Falcid. GAIL. d. l. qualiter hoc usu veniat, vid. ap. Dn. Hahn. ad Wesenb. ff. Quib. mod. ususfr. am. n. 2. observ. Itaq. potest. in fin. Cæterum æs alienum & legata non gravare fructuarium, cui certarum rerum ususfructus relictus, sed heredem sequi, in aprico est, l. 1. §. 26. ff. ad SC. Trebell. Sed quid juris in fructuario omnium bonorum? Idem dixerim, l. Usufructu. 69. ff. ad L. Falcid. arg. l. Legatorum. 33. pr. ff. de leg. 2. l. fin. ff. de usus. leg. quandoquidem legata debentur ratione quasi contractus, quem heres defuncti personam induens cum legatariis adundo iniit, l. Apud Julianum. 3. §. ult. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. C. Si cert. pet. at fructuarius non est heres, nec in vicem ejus subit, sed audit successor saltem singularis. Nec verò differenda legatorum præstatio in diem, quo ususfructus interibit, sed extemplo subeunda, præprimis si res singularis sit, ZOES. d. l. n. 31. PEREZ. in C. eod. n. 19. Dn. CARPZOV. p. 3. C. 13. def. 7. n. 1. & l. 1. Resp. 104. At enim expeditum est, de rebus hereditariis (non tamen quantum ejus fieri potest fructuosis) legitimè heredem delibare posse, ut legata atque debita in quantitate reddat, d. l. Usufructu. 69. d. l. fin. Dn. Hahn. d. l. in pr. CARPZ. d. l. n. 2. secundum ordinem in l. A divo. 15. §. 2. ff. de re jud. Ubi quod legati nomine defalcatur, tam de proprietate quàm de usufructu in effectu credimus decedere, ZOES. & PEREZ. ibid. BACH. ad Treutl. v. 1. D. 16. th. 3. lit. G. & H. Annalia verò legata ipse fructuarius de suo præstare devincitur, si reditus sint, qui ad ea persolvenda penitus sufficiant; si secùs, bona vendenda, l. fin. §. 4. C. de bon. qua lib. GAIL. d. l. Quò casu tamen itidem æs alienum solvit heres, per d. §. 4. junct. d. l. 1. C. Si cert. pet.

XXXIX. Accedimus ad *Accidentalialia*, quorum in actibus legalibus duæ dantur species, *Naturalia* & *Conventionalia* seu *accidentalialia* in specie sic dicta. *Naturalia* sunt qualitates, quæ ipsius actus essentiam, legis vel consuetudinis autoritate, quodammodo concomitantur, ut tamen nisi de iis aliter convenerit, nihilomagus salvâ essentiâ pactione speciali in itâ non possint alterari, arg. l. Ex emto. 11. §. 1. ibi: *que naturaliter insunt. ff. de act. emt.* Nec interest, quòd essentialia & naturalia vulgò reputantur synonyma, tam ex mente Philosophanrium, teste SVAREZ. tom. 1. Met. D. 15. sect. 11. n. 6. quàm JCtorum, ut vel ex collatione l. Pacta. 72. ff. de contrab. emt. cum l. Jurisgentium. 7. §. 5. vers. Idem. ff. de:

ff. de pact. § ex 2. F. § 4. relucet; Nolim tamen credere, rationem esse
ejusmodi, ut vadimonium propterea deseras, quandoquidem natura-
lium alia dicuntur interna, alia externa. *Illā* essentialibus congruere
ut concesserim, ita *hęc* ab iis declinare rationis esse suspicor, cum præ-
fertim etiā nonnullibi in LL. per naturalia alicujus actūs denotentur, quæ
in ipso regulariter ex ordinatione juris insunt, inde adeo, ut citra de-
structionem essentialis aliter conveniri queat, *arg. d. l. Ex emto. 11. l. Na-*
turalis. 5. § 4. vers. § potest. ff. de præscript. verb. l. Si unus. 27. in fin. ibi:
quod lex natura § c. ff. de pact. § 1. F. 7. 2. F. 50. Naturalia verò usufru-
ctūs ingreditur *l. Cautio*; ususfructus enim multifariam (quo de infra.)
interit, ac iterum cum proprietate coalet: eaque propter quarumvis re-
rum cautio exigitur, ex qua pullulat actio ex stipulatu seu usufructuaria
persecutio, ejus quippe quod in cautionem deductum est, *Dn. Hahn/ ad*
Wesenb. ff. usufr. quemadm. cav. n. 1. Sed enim cautionis nomen gene-
rale est, denotans quamcunque securitatem (quæ fidejussoribus, pigno-
ribus, stipulatione, nudā promissione, & denique juramento interponi-
tur, *PARD. PRATEJ. in Lex. Jur. lit. C. p. m. 93.*) ejus quod promissum est,
GAIL. tr. de Arrest. Imp. c. 3. & distinguitur in *legalem & conventionalem.*
Legalis iterum subdividitur in *civilem & prætoriam.* Conventionalis
& legalis civilis pignora admittunt, *l. Ergo. 4. §. 8. ff. de fideicom. libert.*
l. Promissor. 21. §. 2. ff. de constit. pecun. Prætoriam (qualis est cautio or-
dinaria seu veri ususfructūs, uti mox sequetur) præcisè fidejussores au-
cupatur, *l. Prætoriam. 7. ff. de prætor. stipul. l. Sed §. 4. §. 5. ff. si quis caut.*
in jud. sist. l. 1. §. 2. ff. qui satisd. cog. l. Hęc edictali. 6. §. 1. C. de sec. nupt.
SICHARD. ad l. 4. C. de usufr. Enimverò in cautione prætoriam etiam pigno-
ribus quandoq; caveri posse juris non dubii est, verum tamen pro re tan-
tū vel certa quantitate, *l. Diversum. 2. §. 5. ff. quod leg. l. Si mandatu. 59. §.*
fin. ff. Mand. nec verò indefinite pro quantitate incerta seu omni eo quod
interest, uti heic loci, d. l. 7. d. l. 1. Nov. 94. in Epil. SUTHOLT. D. 3. th 44.
Add. BACH. ad Tr. D. 16. th. 5. lit. A. Sed quid an fructuarius qui pro-
pter inopiam vel aliam difficultatem fidejussores reperire non potest, ni-
hilominus ex commiseratione, & ut voluntati constituentis satisfiat, sor-
titur servitutem? Et fortè satius est, rem fructuariam sequestrationi sub-
jici, quod potissimum in rebus mobilibus obtinebit, *BACH. ad §. Consti-*
tuitur. 2. Inst. de usufr. n. 4. vel certè potiùs tum heredis esse, ut illam
ipse retineat, neque non annuatim fructuario certam vel pecuniæ vel
fructum

fructuum quantitatem solvat, ei que hoc nomine idoneam fidejussionem præbeat, *arg. l. Postquam. 5. §. 1. in fin. ff. ut legat. nom. d. l. Hac edictali. 6. §. 1.* Quem modum tutissimum esse & ita quotidie praticari tradit KÖPEN. *dec. 33. n. 17. & 19.* Magnif. Dn. Richter. *dec. 19. n. 15.* Dn. Hahn. *d. l. n. 2. in fin.*

XL. Est autem *satisfactio* hæc gemina: UNAM Edictum Prætor introduxit, quæ veri usufructus propria, *l. 1. pr. l. Huic. 5. §. 1. ff. b. t.* ejusque forma duas repræsentat clausulas: *Primum* enim promittit fructuarius, se non pro lubitu aut injuriosè, sed arbitrato boni viri (cujus elogiò designatur, qui illasâ conscientia officium exequitur, juri que obtemperat, *l. Continuus. 137. §. 2. ff. de V. O.*) re fructuariâ usurum, eò quadantenus modo, quò dominus proprietatis, *l. Item. 9. pr. & §. fin. ff. de usuf.* Et hætenus dominium & usufructus genuinè differunt, quòd dominus etiam abuti quiverit re suâ, eamque perdere, *l. In re. 21. C. Mand. SUTH. D. 5. tb. 37.* Sed enim ipsa rei indoles usquequaque inspicienda est, *l. Si cuius. 15. §. 1. l. Sed si. 15. §. 1. ff. d. t.* nec verò ita protenus consuetudo domini; qui si fortè aliò, quàm cui res accommoda, modò uteretur, rei potius conditio servanda perhibetur, *dd. ll. CASTILL. hic. c. 33.* Deinde, se finitò usufructu ejusdem rei possessionem sine deterioratione restitutum, *d. l. 13. pr. d. l. 1. pr. & §. fin. ff. b. t. l. De die. 8. §. 4. ff. qui satisfacere cog. PEREZ. in C. b. t. n. 4.* Prior clausula pluries committitur & toties, quoties quàm debet aliter quis utitur: posterior semel duntaxat, finitò usufructu, *d. l. 1. §. 6.* Effectus *utriusq;* est, ut actio, quæ ex stipulatione cautionis oritur, competat in id, quod interest proprietarii, vel terminos supergressum non fuisse fructuarium, vel rem restituisse, Dn. FRANTZK. *ad ff. eod. n. 3. & 4.* quemadmodum & legatarius, cui ad tempus res relinquitur, hoc nomine tenetur, *l. 1. C. de legat. l. Si pater. 5. C. de usufr.* Idque omne in optimam rationem nititur: quando quidem ut permittente lege fructuarius utilitate rei commodè fruiscitur: ita jubente æquitate illius securitas vicissim exhibetur domino; alioqui præcideretur penitus commoditatis hæc occasio, quâ alter alterum taliter rebus suis adjuvat, *OLD. Cl. 3. act. 6.* Quamobrem nihil altercantibus mirari subest, hac de re in tanta hominum perfidia inductam cautionem: quippe ecquis amabò consuevit esse curiosus admodum *in alienis?* Cæterum prædictam actionem ex jure civ. originem traxisse credimus, eò quòd non minus ex ista quàm ex cautione quavis alia exercetur actio ex stipulatione:

latu: eoque quia civilis, est perpetua, OLD. d. l. Insuper si damnum vel quid aliud celandæ suppressendæve proprietatis causâ fructuarius perpetraverit, adversus ipsum L. Aquiliâ, & interdictô Quod vi aut clam, neque non judiciô furti agi potest, d. l. Si cuius. 13. §. 2. l. Inter. 46. §. 6. ff. de furt. Quod si ex non-usu (de quo infra dicetur) possidere defierit, prætermisâ cautione, actionem ex stipulatu operante, convenitur actione in factum, l. Non solum. 13. ff. de R. V. l. Quoties. 21. ff. de præscript. verb. ALTERA cautio ex SCTO descendit, ad quasi usumfructum perti- nens, l. Sed de pecunia. 2 ff. usufr. ear. rer. §. Constituitur. 2. Inst. de usuf. & præbetur de re ejusdem quantitatis & qualitatis destructô usufuctu reddenda, vel si æstimata fuerit, de tanto refundendo pretio, d. §. 2. l. Si vini. 7. ff. b. t. Sed enim si nominatim de alterutro convenerit, alter- nativa electio fructuario non competit, CASTILL. bñc c. 17. n. 15. In du- bio autem censetur æstimatio non tempore restitutionis sed acquisitio- nis facta, GAIL. 2. obs. 46. n. 4. Add. MATTH. de AFFLICT. dec. 242. num. 3. Cæterum quæ res non prorsus usu consumuntur, sed quadantenus im- minuuntur, pro diversâ consideratione in cautione discrepant: quate- nus enim considerantur ut species, reguntur cautione ordinariâ, l. 1. pr. ibi: quod inde extabit. & l. ult. ff. b. t. sed quatenus ut quantitates, cau- tione SCTi, d. §. 2.

XLI. Ultraque isthæc cautio vel maximè necessaria est, omninò ut ante eum præstitam nomina, quorum ususfructus legatus est, exigere possit heres, MÖLLER. in semestr. lib. 1. c. 8. GAIL. d. l. at è diverso fructu- arius non lucratur fructus, l. Uxori. 24. ff. de usuf. KÖPPEN. d. dec. 33. ni- si forte sciente & permittente herede eos percipiat, l. 1. §. 1. ff. Ut in poss. legat. l. Diversum. 2. §. 1. ff. quod legat. CASTILL. bñc c. 16. num. 8. & seq. Siccine verò de substantia est? Neutrubi id affirmarim: quippe ordinaria cautio apertè suâ fulcitur ratione, tum quòd ipsa tantisper cesser, dum exigatur, d. l. Diversum. 2. §. 1. TESSAUR. dec. 80. n. 2. quò casu sibi heres imputet si cautionem non petierit, cum fructuario sufficiat, quòd ille, exigenti non fuerit in mora, GAIL. d. l. nu. 7. & seqq. tum etiam quòd eertæ quædam personæ omnimodò ab ea excusentur, BACH. ad Tr. d. l. th. 6. lit. A. Remittitur enim l. Patri in peculio liberorum adventitio, intuitu paternæ reverentiæ, l. fin. §. 4. in fin. C. de bon. que lib. MOLIN. de J. & J. tom. 1. tr. 2. D. 8. nisi suspicio dissipationis subsit, & bona immo- bilia desiderentur, Dn. Hahn. d. l. n. 2. observ. Cogendus. Sed quid gau- debit-

debitæ eadem immunitate mater fructuaria? Et video Interpp. concorditer in negativa convenire, è quib. superant PINELL. *ad l. 1. p. 2. n. 75. C. de bon. mat.* SALIC. *ad d. l. fin. §. 4.* D. CARPZOV. *d. p. 3. Const. 13. def. 13.* Dn. Hahn. *d. l. ubi præjudicium assignat.* II. Donatori omnium bonorum, usumfructum eorum sibi reservanti, obstante ipsius liberalitate, *arg. l. Adres. 62. ff. de edil. edict.* PINELL. *d. l. 1. 80.* quod & de donatore partis & rei singularis asserit BACH. *d. l.* III. Fisco, *l. 1. § 18. ff. Ut legat.* qui semper solvendo esse dicitur, *l. Si maribus. 2. ff. de fund. dot.* secus ac privatus locuples, qui facile labi potest facultatibus, BACHOV. *d. l. lit. B.* IV. *Ei*, cui ususfructus purè, proprietatis ex die legata est, postquam existente hoc indubitanter obventura est, *l. Si ususfructus. 9. §. 2. ff. Quod legat.* TUSCH. *tom 8. præct. concl. 305. n. 9.* nisi utique suspicio de re malè utenda aut planè distrahenda in fructuarium transferatur, Magnif. Dn. Richter. *dec. 19. n. 5.* Neque seciùs cautio S^CTi, adversus quam major existit controversia, suò statuminatur fulcrò, præprimis quòd in casum dissolvendi demum ususfructus interponitur, *d. l. 2. d. l. 7. ff. de usufr. ear. rer.* eoque pressè loquendo non subit in vicem proprietatis aut reservationis illius juris, sed ipsa magis eundem restituendi obligatio, per *l. Hoc S^CTum. 5. §. 1. ff. eod. l. Et si. 7. §. ff. b. t.* LYKLAMA *lib. 7. Membr. Ecl. 29.* quippe quæ præexistens jure & vigore cautionis saltim confirmatur, Dn. LUDW. *ad Wesenb. ff. de usufr. ear. rer. n. 27.* Cui hac in parte quadrat feudum in pecunia constitutum, quod similiter non desiderat cautionem, cum præsertim ipsius pecuniæ natura, actu quodam externò, utpote investiturâ, in qualitatem feudalem transmutetur, eoque dominium directum unâ cum juribus inde dependentibus domino assignetur, vasallo verò utile sub obligatione ad fidem, Exc. Dn. STRUV. *D. F. 4. th. 3. exeg. ad fin.*

XLII. Ad hæc ex parte *heredis* cautio est remissibilis, quoniam suum jus solummodò imminuit, per *l. Potest. 71. ff. Ad L Falcid.* neq; enim datur invito beneficium, *l. Invito. 69. ff. De R. 7.* Et verò in quasi usufructu inde adeò sententiam hanc promovet, quòd nec in mutuo ad essentiam contractus exposcatur cautio: quippe & in illo, quod datur in abusu situm est, ZOES. *ad ff. b. t. n. 8.* Nihilo magis tamen hinc legitimè præsumseris, quasi usufructum & mutuum sic invicem nullatenus differre; quippeni! obviat enim diversitas in illis *trifariam:* (1.) Ususfructus duntaxat relinquitur: mutuum inter vivos concilia-

tur; (2.) Ususfructus tribuit jus reale, Exc. Dn. STRUV. *Exerc. ad π. 10. th. 25.* mutuum saltim personale; (3.) Ususfructus recipit legati æstimationem, *d. l. Si vini. 7. ff. De usufr. ear. rer.* mutuum præcisè rem ejusd. generis requirit, *l. Mutuum. 2. pr. ff. De reb. cred.* FERD. VASQV. *de success. lib. 1. §. 7. n. 25.* Hæc tamen remissio includit virtute conditionem, *si fructuarius legitime utatur*, eoque non præjudicat sibi heres, quò minùs si ille malè uti gestiat, ad cautionem exigendam possit regredi, DONELL. *10. Comm. 14. Bach. ad Tr. d. th. 6. lit. D. & in §. Constituitur. 2. Inst. De usufr. n. 4.* Nec verò obtrinet, si fiat in fraudem creditorum hereditariorum, quibus obligata esset hereditas, PEREZ. *d. l. n. 6. in fin.* Sed quid, num idem licentiæ testatori concedendum? Non videtur, *per l. 1. C. cod. l. Si pecunie. 6. pr. ff. Ut in poss. legat. l. pen. C. cod. Dn. CARPZ. P. 3. C. 13. Def. 12.* utcumq; ejus remissio autoritate superioris communita, KÖPPEN *d. l. n. 9. & seq.* Magn. Dn. Richter *d. l. n. 6.* vel qualiscunque pœna adjecta sit; nec enim rationis est, ut quispiam alterius favori derogare ullatenus pertendat, *arg. l. Quod bonis. 15. §. 1. ff. Ad L. Falcid. l. Nemo. 55. ff. De legat. 1. c. 12. vers. manifestè. De foro compet. quæ verò juri obviant, utique infecta æstimantur, c. Quæ contra. de R. 7. in 6.* Quin imò nec remissibilis est ab ipso principe, JAC. PHIL. PORT. *in R. 7. C. & P. lib. 3. reg. 18.* obstante obligatione naturali justitiæ, quæ neminis voluntati connivet, indultum alteri à jure beneficium, eidem rationabiliter invito auferri, *c. Indultum. eod.* nisi vi supereminentis domini, vid. GROTIUS. *lib. 2. c. 14. n. 7. De J. B. & P.* quippe hic effectus tendit ad vim legis directivã; alioqui peccat princeps in justitiæ deliquio, sine causa dispensans, ZOES. *ad ff. De LL. nu. 30. 36. 39.* Quid? quòd obvia bonis moribus remissio perniciosius perniciosiusque latam ad delinquendum fenestram, pro lubitu re abutendi, aperit, SCHNEIDEW. *ad §. 1. Inst. De usufr.* PEREZ. *d. l. n. 7.* Et itaque ista ratio, *grassandi libido & impunitas*, à parte testatoris militare saltem ratione prioris clausulæ, *per l. pen. C. ut in poss. legat.* non item posterioris autumant LYKLAM. *d. l. Ecl. 19.* BACH. *d. l. D. in fin.* Dn. FRANZK. *ad ff. h. t. n. 7. & 8.* Cæterum uti minùs rectè testator remittit cautionem, ita nec mandatò ejus præcisè heres obligatur hominem deploratæ sortis acceptare fidejussorem, cum paria sint non cavere, & minùs idoneè, ZOES. *d. l. n. 7 in fin.* quantumvis coheredum unus satisfatione pro legatario haud dubiè ab eodem prægavari possit, *l. Tribus. 8. ff. de usufr. ear. rer.* HARPR. *ad d. §. Constituitur. 2. n. 187.*

XLIII. Petitur cautio hæc usufructuaria vel invocatione judi-
 cis officii, *d. l. Si cuius. 13 pr.* scil. si res (nullâ cautione interpositâ)
 jam sit tradita, hujus vindicatione & certi conditione in proprio usu-
 fructu, *l. Et si. 7. pr. ff. usufr. quemad. cav.* & è diverso incerti conditi-
 one in improprio, *l. Hoc SCtum. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer.* vel utrobique
 ope exceptionis, si fructuarius non possideat, *GAIL. d. obser. 46.* Quod
 si plures sint domini proprietatis, unusquisque pro sua parte stipula-
 bitur, *l. Si usufructus. 9. §. ult. ff. b. t.* quemadmodum & duobus cons-
 junctim legatò usufructu satisfacere oportet singulos, tum sibi invicem,
 tum heredi, *l. Si tibi. 8. ff. eod.* Datur autem actio inde competens pro-
 prietario adversus fidejussorem ejusque heredes, præviâ excussione
 fructuarii, *arg. §. ult. Inst. de replic. junct. l. Tribus. 8. ff. de usufr. ear. rer. l. Is cui. 31. ff. ad L. Falcid. l. Ult. C. de usufr. cuius tamen heredes*
neutiquam eò nomine tenentur, quòd ad ipsos usufructus non sit
transmissibilis, OLD. cl. 3. act. 6. At enim si usumfructu sibi & heredi fru-
 ctuarius habuerit, duo quodammodo videntur successivè conciliati u-
 usufructus, eoq; morte ipsius recentatur, & quasi noviter acquiritur in
 persona heredis, *arg. l. Antiquitas. 14. C. de usufr. l. Stipulatio. 38. §.*
10. ff. de V. O. qui hoc intuitu obstringitur de novo hîc satisfacere, Gl.
in l. Repeti. 5. in verb. heredibus. ff. Quib. mod. usufr. am. Cæterum ad
 exhibendam cautionem quilibet *desuper interpellatus* devincitur, *l. 1.*
§. 1. ff. b. t. d. l. 13 pr. l. 1. l. 4. C. de usufr. l. Si pecunia. 6. pr. ff. Ut in poss.
legat. l. Diversum. 2. ff. quod legat. l. Julianus. 3. §. 8. ff. de act. emt.
CAST. hîc c. 16. etiam in usufructu per usucapionem & tutionem præ-
 toris acquisito, *l. Si usufructus. 9. §. 1. ff. b. t. l. Si quis. 28. ff. de usufr.*
leg. DON. lib. 10. Comm. 14. vel taliter relicto, daß er es als sein Eigen-
 thum besitzen und gebrauchen sol / *Dn. Richter d. l. Dec. 19. n. 4.* & in re-
 bus pariter fidei commissò prægravatis neque non restituendis, *l. Peto.*
69. §. 3. ff. de legat. 2. l. Hæc stipulatio. 14. §. tot. tit. ff. ut legat. serv. caus.
cav. Cæteroque tantisper cum effectu nullam nec petitionem nec a-
 ctionem intentare quiverit, sed protinùs repellitur per modum exce-
 ptionis, *l. Julianus 3. §. 8. ff. de act. emt.* Quippe & jusjurandum, metu
 calumniæ præstandum, bonâ fide dissimulari potest: at à parte alteru-
 tra petitum temeriter recusari nequit, nisi velis totum corruere judici-
 um, *OLDEND. d. l.*

XLIV. II. Ad Naturalia refertur *Inventarium*, quod ut par-

rator sit probatio rei fructuariæ, qualis hæc tempore acquisitionis fuerit, & qualis postmodò tempore restitutionis sit, *l. 1. §. 14. ff. de usufruct.* injungitur fructuario conficere, *l. 1. §. 4. ff. quemadmod. cav. Dn. CARPZOV. P. 3. C. 13. definit. 13. & 14.* Idque ceu necessarium cautionis antecedens testator itidem remitti frustra postulat, ANTON. FAB. *in Jurispr. Papin. 12 pr. 7. illat. CASTILL. c. 15. n. 17.* Enimverò id operatur ejus remissio, ut ne præcisè teneatur fructuarius bona designare secundum *l. fin. C. de jure delib.* sed qualitercunque, puta coram iudice & testibus, *CAST. d. l. n. 18. ROLAND. à VALLE rr. de confect. invent. q. 36. p. m. 48.* III. Naturalibus aggregari potest, quòd ususfructus solummodò ad vitam fructuarii conceditur, *l. Sicut. 3. §. fin. ff. quib. mod. ususfr. am.* quippe in omnibus causis (quod PAULUS ait) illud observandum, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, eà deficiente beneficium quoque deficiat, *l. In omnibus. 68. ff. de R. I.*

XLV. *Conventionalia* ususfructus sunt qualitates, quæ neutiquam fluunt ex essentia ejusdem, sed per pactiones accidunt, vel præter ea quæ regulariter insunt, & augent ususfructus naturam: vel contra ea & imminuunt ejus indolem. Illius ordinis sunt, si fructuarius ad præstandum damna fatalia se obligaverit: hujus, si à quolibet reali onere immunis sit.

XLVI. Proximum est, ut videamus de Essentialibus consecutivis, quæ ususfructus constituti effectus sunt; & consistunt partim in naturali possessione rei fructuariæ, *l. Naturaliter 12. l. Possessio. 49. pr. ff. de acq. vel am. poss.* partim in ejus usu. Iste iterum respicit tum qualitatem sentiendi commoda & fructus secundum rei conditionem, *l. Sed si. 15. §. 1. ff. h. t.* tum potestatem cum voluntate conjunctam sufferendi onera, *l. Secundum. 10. ff. de R. J. Magnif. Dn. FRANZK. ff. h. t. n. 13.* Non tamen opinione ipsam rem sibi habendi, quâ fructuarius non ipsum corpus sed jus duntaxat possidet, *l. Sciendum. 15. §. 1. in fin. ff. qui satisd. cog. l. Acquiruntur. 10. §. ult. ff. de acq. rer. dom. l. 1. §. 8. ff. de acq. vel am. poss. §. De iis. 4. vers. fructuarius. Inst. Per quas pers. nob. acq.* At enim verò ut fructuarius eò magis liberè uti-frui queat rebus, principaliter concessis, in ipsum transferre incumbit proprietario ea omnia, sine quibus in actum id traduci non potest, utcunque taliter expressè inter eos non convenerit, *arg. l. Cui jurisdictio. 2. ff. de jurisd. l. Sed sicuti. 23. l. Si is. 30. ff. h. t. l. Gaurus. 10. ff. de S. P. V. l. Item 3. §. 3. ff. D. S. P. R. l. Servum. 44. §. fin. ff. de leget. 1. CASTILL. c. 34. num. 1. & seqq.*

seqq. Hinc & si qua impedimenta obviant, exterminari oportet, l. Sed
 si. 15. §. 6. & 7. cum l. seq. & l. Proculus 19. §. 1. si. h. t. usque adeò ut si te-
 stator ita legaverit, ne cogatur heres talia præstare, nihilomagus id uti-
 liter adjectum sit, l. 1. §. 1. & seqq. ff. si ususfr. pet. l. 1. ff. de adim. leg.
 Ad hæc dotalitium in esse deductum & illud vult, ut viduæ constitua-
 tur tutor, der sie bey ihrem Leibgedinge treulich schützen sol / HUNN. ad
 Treutl. P. 1. D. 16. p. m. 1148. Cæterum non abs re est, quòd utrin-
 que in Essentialibus constitutivis & consecutivis, si quid alteretur, non
 ampliùs est univoca ususfructùs species, sed degenerans citeriùs acce-
 dit illis, quæ Logicis $\omega\epsilon\delta\varsigma\ \epsilon\upsilon$ dicuntur, seu communia ab uno ad unum;
 inter quæ est ordo quidam, ita ut aliud sit prius, aliud posterius, & huic
 idem nomen ratione illius competat ob ejusdem dependentiam: eòq;
 prædicantur $\kappa\alpha\tau\alpha\ \omega\epsilon\delta\tau\epsilon\rho\upsilon\ \eta\mu\iota\ \upsilon\sigma\epsilon\rho\upsilon$, prout latè id deducit Ampliff.
 Dn. STAHL. in Comp. Dial. Hornej. lib. 1. c. 4. §. 4.

XLVII. Dictorum *fructuum* & commodorum nomine indi-
 gitatur generalissimè omnis omninò redditus, qui ex re ejusdemve occa-
 sione fructuario obtingi potest, l. Item. 9. pr. l. Arbores. 59. §. 1. ff. h. t. l.
 Uxori. 37. l. Usufructu. 42. ff. de usufr. leg. l. Videamus. 19. l. In pecudum.
 28. ff. de usur. WESENB. ff. h. t. n. 7. Dn. Hahn, eod. num 5. Et verò illi
 principaliter dispescuntur in *Naturales* & *Civiles*, l. Usura. 34. & ipsa
 rubr. ff. eod. l. Mercedes. 29. ff. de hered. petit. l. Cum servus. 39. §. 1. ff. de
 legat. 1. Add. CICERO lib. 2. de nat. Deor. inf. Naturalium iterum alii
 sunt in specie sic dicti, alii *industriales* seu elaborati, arg. §. Si quis. 35.
 Inst. de R. D. l. Fructus. 45. ff. de usur. Naturales in specie causam ha-
 bent solam vim & operationem naturæ, notabilem aliquam hominis
 industriam parùm aut nullatenus desiderantes; & vel ex ipso rei corpo-
 re per se & sponte sua proveniunt, vel in eo naturaliter continentur. Il-
 lius ordinis sunt non solùm, qui ex terra nascuntur, veluti ligna, fœnum,
 poma, pira, glandes, nuces, cerasa, d. l. Fructus. 45. l. Si absente. 48. §. 1.
 ff. h. t. l. Pratum. 31. ff. de V. S. Sed & ii, qui ex animalibus proveniunt
 (dum ne factò hominum procurentur) ut sunt favi, lac, pilus, lana, fœ-
 tus, d. l. Item. 9. §. 1. §. In pecudum. 38. Inst. de R. D. l. Sequitur. 4. §. 19. ff.
 de usucap. l. Bonæ fidei. 48. §. fin. ff. de A. R. D. l. In pecudum. 28. pr. ff. de
 usur. l. Vacca. 43. ff. de evict. l. Usufructuarium. 62. pr. ff. h. t. Hujus or-
 dinis sunt fructus scaptensularum atque latomiarum, d. l. pr. & §. 2. l. Si
 cuius. 13. §. 5. ff. h. t. l. Fructus. 7. §. 13. & 14. ff. solut. matrim. l. Fructus.
 77 ff.

77. ff. de V. S. Industriales cooperante quidem naturâ, non tamen nisi junctâ hominis industriâ ex ipsa re proveniunt, quales sunt vinum, oleum, fruges, segetes, l. Si ejus. 78. ff. de R. V. l. Qui scit. 25. §. 1. ff. de usur. l. l. 48. ff. de A. R. D. At enim perfectè non usque definiri potest, utrum fructus aliquis sit industrialis, numve naturalis, eo que judicis arbitrio id relinquendum monet BART. in l. Et ex diverso. 35. ff. de R. V. Cæterum naturales & industriales contemplatione fundi dividuntur in pendentes, perceptos & nascituros. Pendentes corpori se parienti in hærent, ex quo fundi pars existimantur, l. Arboribus. 12. §. 5. l. Si pendentes. 27. ff. b. t. l. Fructus. 44. ff. de R. V. d. l. Fructus. 7. §. 15. ff. solut. matr. l. ult. §. 4. ff. Quæ in fraud. cred. l. Si apes. 26. in fin. ff. de furt. & subdividuntur in maturos & in immaturos, d. l. ult. §. pen. Percepti dicuntur, quos possessor separatos acquisivit, §. Is verò. 37. Inst. de R. D. l. Si fructuarius. 13. ff. quib. mod. ususfr. am. Nascituri denique, qui annis infrequentibus sperantur, l. Nec emtio. 8. pr. ff. de contrahend. emt. l. Et quæ. 15. ff. de pign. & hypoth.

XLIX. Civiles non tam fructus sunt, quàm fructuum vicem obtinent, l. Usura. 34. ff. de usur. l. Quod his. 83. pr. ff. de legat. 3. l. In venditionem. 8. §. 1. ff. de reb. auct. jud. poss. eis que natura nihil cooperatur, nec ex ipso rei corpore nascuntur, sed ex alia causa, scil. nova obligatione, per occasionem rei & industriam hominis, rem utendo utilem facientis, comparantur, l. Usura. 121. ff. de V. S. WESENB. ff. b. t. num. 7. Sunt autem triplis generis, & proficiscuntur vel ex dispositione hominum, vel legis, vel horum utriusque. Illius generis sunt pensiones, pretia, mercedes, vecturæ navium, jumentorum, opera servorum, libertorum, l. Usufructu. 7. §. 1. l. Arboribus. 12. §. 2. l. Sed si. 15. §. 5. l. Non utitur. 38. cum l. seq. ff. b. t. l. Si quis. 9. §. 1. ff. Locat. l. Necessario. 8. §. 2. ff. de pec. & com. 2. v. l. Mercedis. 29. ff. de hered. pet. l. Cæterum. 31. ff. de R. V. l. Si navis. 62. ff. cod. l. Videamus. 19. ff. de usur. l. Cum servus. 39. ff. de leg. 1. l. Ut jurisjurandi. 7. ff. de oper. lib. Istius generis sunt præstationes, quæ immèdiatè ex lege tanquam fructus obveniunt, cujusmodi est *jurisdictio*, quæ patrimonialis appellari solet: eaque in usumfructum datâ decimæ, mulctæ, pœnæ pecuniariæ condemnatorum & id genus alia debentur, 2. F. 56. Conf. Lehnd. c. 26. ibi: und nimmt die Früchte und Zinse zu sich. Add. BACH. pr. Inst. b. t. n. 3. ejusdem generis sunt jura patronatûs, c. Ex liberis. 7. de jur. patronat. c. Consultationibus. 19. x. cod. c. Cum

c. *Cum olim. 14. de Major. & Obed.* item jura laudemiorum & similia, quibus obstringuntur homines. *Hujus* (seu tertii) generis sunt emolumenta, quæ à jure permiffa ex conventionione obtingunt, qualia reputantur usuræ, interesse, & obventiones quas consequimur ex actione rei nomine, ut in actione damni infecti, *d. l. Usuræ. 34. d. l. Usura. 21. l. un. C. de sent. que pro eo quod int. l. Qui bona. 13. §. 8. ff. de damn. infect.* Eodem ruunt, quæcunque jure detractis civiliter præstari moris est, & sunt duplicis generis: *Nachsteuer/GAIL. 2. obs. 36. n. 10. und Abzug/ FERD. VASQ. de success. creat. §. 1. n. 13. & 14.* Referas huc insuper jus pignoris dandi, ut scil. eò faciliùs creditorem sibi fructuarius inveniatur, *l. Interest. 6. C. h. t. BACHOV. de pign. & hypoth. lib. 2. c. 6.* Sed enim quòd *usurarum* hinc meminimus, eò collimat, ut istæ fructuario ex quasi usufructu, in quo est pecunia, obveniant, vel certè per consequentiam duntaxat ex vero usufructu, quippe cum conductor fortè de pensione est in mora, *BACHOV. ad Wesenb. ff. t. n. 7.* Cæterum ut maximè fructuum *civilium* cum *naturalibus* sit causa diversissima, & mercedes, usuræ, pensiones cum similibus ex *jureg.* originem traxisse videantur; quo minùs tamen ex *jure civ.* descendere perhibeantur, nihil impedit. Quippe *causa debendi* ab ipsius rei *existencia* rectè dispescenda est: ut enim jure & vigore obligationis fructus civiles deberi possunt, ita nec eò seciùs illarum existenciam à jure *civ.* dependere, rationis esse credimus; *Conf. STUCK. D. 7. th. 56.* Dantur præterea & aliæ divisiones fructuum, quas omnes tamen ceu ab instituto nostro alieniores corradere heic loci non vacaverit.

XLIX. Et igitur ejuscemodi fructus lucratur hujus servitutis jure fructuarius, pro sua quam exantlat cura & cultura, *d. l. Usufructu. 7. pr. & §. 2. d. l. Item. 9. pr. d. l. Arboribus. 12. §. 5. l. Defuncta. 58. ff. h. t.* ad necessitatem, commoditatem & voluptatem pariter; eoquæ dicitur, *usufructus plena servitus, usus & habitatio minùs plena*: quorum ille ad necessitatem, hæc insuper ad commoditatem competit, *§. 1. Inst. de usu & habit.* Hinc usus in usufructu inest, at non vicissim, *l. Per servum. 14. §. 1. ff. eod. DN. FRANTZK. ff. h. t. n. 6. & seqq. PEREZ. C. eod. num. 12.* Enimverò hoc in usufructu conventionali, quamprimùm constitutus est, verificari nemo dubitat; sed quid juris in relicto, an debentur fructus à tempore mortis testatoris, num ab adita hereditate? Prior sententia verior est, *PAUL. 3. sent. 6. §. Fructus.* quippe ab illo tempore ipse usufructus (qua de re supra) in fructuarium transit, & ita eodem consequen-

G

ter

ter spectant fructus, GRASS. §. Legatum. q. 71. vers. Contraria. MÖLLER. 3. Const. Elect. 13. n. 1. Et verò agrò aliòve fundò in usumfructum datò, etiam pendentes fructus debentur, arg. l. Fructus. 44. ff. de R. V. quin & si totus ad fructuarium pertineat, neque non ad tempus maturitatis duret, immaturos decerpere licebit, si illo tempore magis expediat, l. Si absente. 48. §. 1. ff. b. t. l. In fructu. 42. ff. de usufr. leg. Quo casu maturitas non præcisè naturalis cogitanda, sed judicanda ex usu & communi rerum conditione: utique cum fructus sunt, qui usum sui potiore præstant immaturi, cujusmodi sunt olivæ, nuces conditanæ, fœnum, BACH. ad Tr. v. 1. D. 16. th. u.

L. Aliquando tamen exercitium utendi-fruendi in quibusdam rebus, ob earum conditionem, certis limitibus circumscribitur. Sic ipsâ sylvâ in usumfructum concessâ potest cedere fructuarium & vendere; distinctione tamen adhibitâ, utrum usufructus sylvæ legatus sit, an ipsius fundi cui sylvâ accedit. Illic haud injuriâ, cum pingvior sit servitus, poterit tam cedere quàm vendere, d. l. Item. 9. §. fin. non observatò more domini, d. l. Si absente. 48. §. fin. l. Divus. 22. ff. de usu. Hic inspicienda venit consuetudo domini, scil. ratione quantitatis tum temporis, tum fructuum: non autem contemplatione qualitatis utendi, d. l. 9. §. fin. & l. seq. Quam distinctionem in marito ceu domino usu non venire ait ZOES. ad ff. eod. n. 17. in fin. Usque verò moderatè & civiliter id committi oportet, ut ne sylva devastetur, eoquè proprietas imminuatur, potissimum, quòd damnum isthoc non levì momentò sit reparabile, & ita publicè haud proficuum, Conf. KNICHEN. de vest. pact. p. 2. c. 2. n. 6. Ex quo est, quòd fructuarium arbores fructiferas non possit excindere, quoniam ex radicibus non renascuntur. l. Sylva. 30. pr. ff. de V. S. sed gremiales tantùm & demortuas, d. l. Fructus. 7. §. 12. ff. solut. matrim. l. Agri. 18. ff. b. t. non tamen evulsas & fundò dejectas, d. §. 12. nisi ad refectionem villæ vel (si aliunde ligna non suppetant) ad comburendum usurpentur, d. l. Arboribus. 12. pr. Juri insuper venandi non obesse debet, eò quòd hoc regale à fructibus sylvæ alienius est, quippe ex qua feræ neque naturaliter neque civiliter enascuntur, SCHRADER de feud. p. 3. c. 4. n. 47. Eò tamen jure speciatiim concessò debentur redditus inde resultantes, qui plurimum ab ipsa venatione differunt, d. l. Item. 9. §. 5. l. Usufructuarium. 62. ff. b. t. Tametsi enim venatio quâ talis regulariter in fructu non habenda, l. Venationem, 26. ff. de usur. attamen eò ipsò dum possessio fœne-

nea

nea sive fundus aridus in usum fructum conceditur, ne nihil actum sit, juri venandi destinatus intelligitur, utiq; si ad hoc maximè sit accommodus, cujus intuitu fructus aliquis percipitur: & ita aliud est venationem in fructu esse, aliud fructuarium venari posse, BACH. *ad Tr. d. l. th. 8. lit. C. Dn. FRANTZK. Ex. 4. q. 3. n. 11. & seqq.* Quod si venatoria sylva simul pascua sit, & fructus producat, quibus feræ pascuntur, puta glandes (*Eichel-Nast*) id fructuario similiter subjacet, GAIL. *2. obs. 68.* quemadmodum & incisio viminum (*das Zweig-Recht*) ad expandenda retia & conficienda opercula, KNICHEN. *d. l. n. 8.*

LI. *Fodinas* metallorum aliorumque pretiosorum mineralium, quod attinet, illæ tam *jureg.* (distinctione fundorum introductâ) MOLIN. *tr. 2. D. 54.* quàm *civ.* dominis eorum competunt, *l. Venditor. 13. §. 1. ff. Comm. prad. l. Sed si. 3. §. fin. l. Magis. 5. §. 1. ff. de reb. eor. l. Forma. 4. §. 7. ff. de censib.* unde in usum fructum rectè conceduntur, *d. l. Fructus. 7. §. 14.* quò casu fructuarius venas non injuriâ inquirit, dumne agriculturæ officiat, *d. l. Item. 9. §. 2. d. l. Si cujus. 13. §. 5. CÖLER. p. 1. dec. 97. nu. 1.* Verum enim verò cum ejusmodi fodinæ peculiare quid existimentur, ex quo terrarum pretiosis (*des Landes Schatz*) annumerantur, hinc canon metallicus ut præstetur constitutū est, *l. 1. C. de metall.* Postmodum regalibus aggregatæ sunt, *2. F. 56. A. B. tit. 9. SIXTIN. l. 2. c. 16. n. 20. De regal.* Ita verò hodie mos viget, ut principes fodinas subditis speciatim conferant, sub lege ipsis exolvendæ decimæ & prærogativæ in argenti emtione (*int Zehend und Silber-Kauff*) HEIG. *1. q. 13. n. 42.* Quid, si thesaurus in fundo fructuario inveniatur? Hunc fructuario non obvenire ad veritatem propiùs dicitur, *arg. d. l. Fructus. 7. §. 12. l. Si is. 63. §. ult. ff. de A. R. D.* Excell. Dn. STRUV. *Ex. ad π. 10. th. 17. BACHOV. ad Tr. d. l. th. 8. lit. C.* eò quod non renascitur, nec cum fundo quid commune habet, *l. Possideri. 3. §. 3. ibid. Gl. in verb. capisse. ff. de acq. poss.* Anne aliud juris in vasallo est? Ita sanè, scil. ut ejus utili dominio thesaurus cum lucris aliis subjaceat, Dn. CARPZ. *P. 3. C. 53. def. 4. Rosenthal. c. 3. concl. 93. n. 6.* Utrinque tamen adhibitâ distinctione in *§. Thesaurus. 40. Inst. de R. D.* At hodiè aliubi principes sibi thesaurum indistinctè arrogant, attestante GROTIÒ *de J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 7. De incrementis* dubitatur, an cedant fructuario? Et faciunt eorum duplicia, latentia & patentia. *Illæ*, puta, si quid fundo per alluvionem adjiciatur, per accessionem ad eum redeunt: *hec* verò non item, cujus generis est insula prope fundum in flumine

ne renata, quippe quæ fundum proprium repræsentat, eoque ejus usus-
fructus non debetur, *d. l. Item. 9. §. 4. Dn. CARPZOV. P. 3. C. 13. Def. 17.*
Cæterum an *partus* vicem fructuum obtineat, digladiati sunt ad sangvi-
nem usq; magnæ illius Romæ Antistites, MARCUS BRUTUS, *negans*, & al-
trinsecus P. SCÆVOLA NERATIUS, *asserens*, cui subscripsit MARCUS MANI-
LIUS. Illô tamen (utut alioqui ne Hercules adversus duos) obtinente,
hos tandem herbam porrigere oportuit, CICERO *lib. 1. de finib.* à quibus
& deinceps ipse Justin. cum plerisque JCtissimis divortium fecere, *l. In-
pecudum. 28. §. 1. ff. de usur. l. Mulier. 22. §. 3. ff. ad SCtum Trebell. l. De-
ducta. 18. §. 4. ff. eod. l. Verus. 68. ff. h. t. §. In pecudum. 38. Inst. de R. D.
PAUL. 3. sent. tit. 6. ex duplici quâ negativa communitur ratione, tum
quòd ancillæ non temeriter cò fine comparentur ut pariant, *l. Ancilla-
rum. 27. pr. ff. de hered. petit.* sed magis, ut præstent operas, *tot. tit. ff. de
oper. serv.* tum quòd dignitati hominis, omnium creaturarum principis,
l. Justissime. 44. pr. ff. de edil. edict. admodùm oblectetur, ut ipse in fru-
ctu habeatur, præprimis quòd ejus intuitu natura omnes fructus produ-
xerit, CICERO *lib. 1. de LL. & lib. 2. de nat. Deor.**

LII. Atenimverò hæc eousque vera sunt, quousque fructuari-
us ipse vel alius ejus nomine aut jussu perceperit, *l. Qui sentit. 25. §. 1. ff.
h. t. l. Si fructuarius. 13. ff. quib. mod. ususfr. am. l. Si ejus. 78. ff. de R. V.*
Utrum verò nos ipsi alteri concesserimus, vel alius nostrum negotium
gerens, nihil, reor, interest, *l. Arboribus. §. 2. ff. h. t. ZOES. ad ff. quib.
mod. ususfr. am. n. 16. PEREZ in C. h. t. n. 25.* quod committitur locando,
donando, vendendo, *d. l. Arboribus. 12. §. 2. l. Non utitur. 38. ff. h. l. l.
Interest. 6. l. Cum Antiquitas. 13. C. eod. l. Non solet. 39. ff. Locat. l. Ne-
cessario. 8. §. 2. ff. de peric. & com. 2. v. l. Cui ususfructus. 67. ff. h. t. l. Et
quæ 15. pr. ff. de pign. l. Potior. 11. ff. qui. pot. in pign.* quippe quod quis
per alium facit per se fecisse putatur, *c. Qui facit. de R. J. in 6. & cò
ipsò dum locat, vendit & oppignorat, per intermediam personam uti-
frui videtur, prout non infrequens in iis est, quæ facti sunt, ut fructu-
um collectio, Magnif. Dn. FRANZK. ad ff. h. l. n. 16. PEREZ. d. l. n. 12.* Sed
enim servitutes *reales* oppignorari indistinctè nequeunt, quandoqui-
dem non æstimantur ex persona ejus, cujus prædio constituuntur, nec
ejusdem morte, ut ususfructus, pereunt, *l. Si is. 11. §. ult. ff. de pign.* at-
tamen domino est integrum pignoris jure servitutem in his constitue-
re, *l. Sed an via. 12. ff. eod. Dn. LUDW. D. 5. th. 10. lit. C.* An ergò ipsum
jus

jus sibi reservat fructuarius ? Utique, id enim si transire poterat, vel
 idem numerò maneret, vel novus ususfructus taliter in esse deducere-
 tur. Et verò idem esse nequit, quia personæ alii commigrat : & tantò
 minus novus ususfructus constituitur, quia fructuarius non audit do-
 minus, Zoes. ad ff. b. t. n. 22. Quamobrem prædictum jus vel *merè per-*
sonale est, ex ipsa constitutione ossibus alienantis cohærens, ut ejus vi-
 tâ extinctâ, aliove modo usumfructum destruendi contingente, laba-
 scat & perceptio in tertio, qui ab illo hanc lubricam & ancipitem con-
 ditionem consecutus est, l. Si ususfructus. 66. ff. de jure dot. CÖLER p. 1. dec.
 193. n. 1. cum nemo plus juris in alium transferre possit, quàm ipsemet
 habeat, c. Nuper extr. de donat. int. vir. & uxor. Vel reale, & hæctenus
 quasi extra personam constitutum haud dubiè ad alium per quemcun-
 que titulum, etiam invito domino transire quiverit, d. l. Cui ususfru-
 ctus 67. ad instar hereditatis venditæ & restitutæ, quâ jus reale seu fa-
 cultas percipiendi hereditatis commoda ad emptorem aut heredem fi-
 deicommissarium redit, l. Venditor. 2. & tot. titul. ff. de hered. vel act.
 vend. jus autem hereditatis personale, quod potissimum in actionibus
 directis activis & passivis situm est, stabile penes ipsum heredem durat,
 quippe cujus nomine emptor vel fideicommissarius, ceu quidam procu-
 rator in rem suam, actiones hereditatis intentare potest, l. Qui stipen-
 dia. 9. C. de procur. l. ult. C. Qu. fisc. vel priv. deb. vel propriò nomine
 saltem utiles jure novò, l. Emptor. 5. l. Ex nominis. 8. C. de hered. vel a-
 ction. vend. BACHOV. ad Tr. d. l. th. 10. lit. A. & B. it. ad Wesenb. ff. quib.
 mod. ususfr. am. Dn. Hahn eod. n. 5. RIEM. D. 5. q. 2. Ut ita non sine in-
 juria PINELLUS ad l. 1. p. 3. n. 39. C. de bon. mat. & SCHIFFORD. lib. 1. tract.
 c. 2. Dd. insectentur & perstringant : prout illorum argutiola tantò
 minùs grata est, quò magis ab usu remota, Dn. FRANZK. Ex. 5. q. 5.

LIII. Cæterum quî cum perceptione comparatum sit, enoda-
 tiùs expeditur, si illam in fructibus *naturalibus* & *civilibus* singulatim
 consideres, Dn. Hahn d. l. n. 3. Et itaque ad naturales quod attinet, ex
 parte fructuarii non sufficit sola à solo separatio, quæ dicitur perce-
 ptio coepta & imperfecta : & committitur vel à sola natura, vel junctò
 hominis adminiculo, d. l. 78. d. l. Arboribus 12. S. 5. l. Qui saxum. 6. ff.
 de donat. l. Sequitur. 4. S. 19. ff. de usucap. l. Si apes. 26. S. 1. ff. de furt.
 verùm actus aliquis ulterior collectionis & absportationis insuper
 requiritur, d. l. Si fructuarius. 13. in fin. ff. quib. mod. ususfr. am. l. Qui
 scit.

scit. 25. §. 1. ad fin. ff. de usur. Dn. FRANZK. Ex. 4. q. 7. n. 5. & ad ff. h. t. n. 14. Sed quid si ante perfectionem istius perceptionis morte ususfructus extinguatur, utrumne fructus illi (die unauffgehobne Früchte) ad heredes transeunt? Non videtur; quippe ipsis tantò minus ulla, nec *personalis* nec *realis*, datur actio, quòd titulus ad fructuum perceptionem idoneus morte fructuarii omnimodò deficiat, d. l. 12. §. 5. l. In singulos. 8. in fin. ff. de ann. legat. §. Is verò. 37. Inst. de R. D. PEREZ. d. l. nu. 31. usque adeò, tamen si per se deciderint, arg. d. l. 12. §. fin. d. l. 23. Dn. FRANZK. ad loc. eaque in re coloni est diversa ratio, cujus in eo jus videtur pingvius, quoniam heres succedit in contractum, Excell. Dn. STRUV. d. Exerc. ad π. 10. th. 18. Ex quo est, quòd vindicatio neque non condictio furtiva fructuum à fure decerptorum competit proprietatis domino; qui tamen actutum à recuperatione illas fructuario tenetur restituere, d. §. fin. l. Si servus. 61. §. pen. ff. de furt. CASTILL. c. 77. n. 13. & hactenus ejusdem farinae est colonus, d. §. Is verò. 37. l. Cum in plures. 60. §. 5. ff. de locat. l. Si apes. 26. in l. Si servus. 61. §. 8. ff. de furt. ZOES. ad ff. Quib. mod. ususfr. am. n. 7. Enimverò reservatur fructuario actio furtiva, quippe quæ datur etiam non-domino, quatenus ejus interest, ut hîc usu venit, d. §. fin. prout & alioqui fructuarius jure concessam habet actionem damni infecti ut & actionem L. Aquiliae, si res fructuaria detrimentum perpessa sit, l. Ususfructu. 7. §. 1. ff. h. t. l. Qui bona. 13. §. 8. ff. de damn. infect. l. Item. 11. §. 10. ff. Ad L. Aquil. item actionem finium regundorum, si cum vicino vel ipso proprietario de finibus oboriatur controversia, l. Sed & 4. §. 9. ff. fin. regund. & pariter interdictum Unde vi, si dejectus sit possessione ususfructus, l. Quod est. 3. §. 13. & §. seq. l. Si plures. 9. §. 1. ff. de vi & vi arm. Illud autem uti verum est de fructuario & colono, ita aliter observandum puto de b. f. possessore & vasallo, qui etiam ab alio, non eorum nomine, separatos & auctos fructus rectè vindicant, & indistinctè, etiam si adhuc dum jaceant, transmittunt, d. l. 13. in fin. 2. F. 8. §. Rei. Diversitatis rationem hanc assignant, quòd *hi* dominorum instar quasi in re propria versentur, & jure soli percipiant, idque jus à fundo in fructus, qui dum pendebant, ejus pars fuerunt, omninò propagetur: *illi* verò non ipsius rei sed solius juris possessores audiant, adeoque non eadem vî lucrentur fructus, Dn. FRANZK. ad ff. d. l. n. 15.

LIV. Ex quibus elucescit, quod actio realis fructuarii heredi-
bus

bus non competat. At verò acrior existit pugna de actione personali, quam Cujac. 4. Feud. 30. ipsis dandam autumat, ut ita pro rata anni fructus dividantur; cujus opinio quantumvis æquitatem sapiat, eò magis tamen videtur divinatoria, quò minus jure communita, Dn. Ludw. D. 5. th. 11. exeg. lit. B. in fin. & ad Wesenbec. ff. quib. mod. ususfr. am. n. 3. Nec verò isthoc forsan grave videatur, quandoquidem pendentes fructus, etiam maturos, quos die legati cedente fructuarius in fundo deprehendit, è diverso suos facit, l. Si pendentes. 27. ff. h. t. BACHOV. ad Tr. d. l. th. 8. lit. D. ZOES. d. l. n. 8. Dn. Hahn d. l. n. 3. in med. Enimverò hodie in oris Saxonis fructuarius si agrum seminatum cooperuit, vel in vinea maximum culturæ laborem (die Hacke) absolverit, etiam ultimâ curâ (die Ruhr) nîldum subsequatâ, fructus hos industriales nascituros ad heredes transfert; ex quo illud: Was die Ege bestrichen und die Hacke bedeckt/ das folget dem Erbe/ vid. Landr. lib. 2. art. 58. & Const. Elect. 32. P. 3. Dn. Richter Dec. 16. n. 4. Quippe jus Sax. solius culturæ rationem habet, eoque fructus confestim à labore promeriti ac quæsi existimantur, Landr. lib. 3. art. 76. & seq. Dn. CARPZ. d. C. 32. Def. 5.

LV. In perceptione fructuum *civilium* sub distinctione opus est, vel enim usum rei, cujus intuitu præstatur reditus, *singulò* momento percipit alius, cujusmodi est domus, servus, equus: vel *statò* anni tempore, ut agri vineæve reditus. *Illic* abscisè rata temporis inspicitur, quo quisque solvens reditum possedit: adeoque pensio, ceu res maximè dividua, etiamsi ejus præstandæ dies vivente fructuariò nondum venerit, ipsius acquisitioni & heredum subjacet, l. Si operas. 26. l. Defuncta. 58. ff. h. t. BACHOV. d. l. Hic reditus, qui propter rem certò anni tempore & semel fructuosam solvuntur, usufructu perditò etiam ante tempus præstandi reditus ad fructuarium spectant; attamen ita demum, si colonus ab illo causam habens verè adquisierit, d. l. 58. ut proinde, si tum non supersit fructuarius, nihil eidem debeatur, eò quòd à colono ne quicquam percipi potuerit, arg. l. Necessario. §. ult. ff. de per. & com. 2. x. Exc. Dn. STRUV. Ex. ad π. 10. th. 19. ZOES. ad ff. h. t. n. 28. Add. CASTILL. c. 77. n. 20. & seqq. Dn. Hahn. d. l. n. 3. in fin. Idem itidem in vasallo sit judicium, quandoquidem ratione fructuum civilium in jure feud. communi nihil noviter inductum obviat; verùm de jure Sax. ad dominum vel agnatos pertinent, Magn. Dn. Richter d. l. n. 12. 13. Exc. Dn. STRUV. d. D. F. 15. th. 16. ad fin.

LVI.

LVI. Quemadmodum fructuarins taliter *emolumenta* percipit, ita *onera* & *incommoda* vicissim ut sustineat, ratio fert & secundum naturam esse dicitur, *c. Qui sentit. 55. de R. J. in 6.* Ea verò sunt duplicis generis, *tuitio* & tributorum vectigaliumve *solutio*. Tuitio itidem est gemina, generalis & specialis. *Generalis* est, quòd ad instar quodammodo boni patrisfam. anxix rei curæ & custodiæ omnifariam litare devincitur, *l. Sed cum. 65. pr. ff. b. t. l. 1. in fin. l. seq. ff. Usufr. quemadm. cav.* quâ obnixè prospicit, nec ubi conditio proprietarii (in quem finem cautio interponitur) ullatenus fiat deterior, *l. Item. 9. §. 6. l. Locum. 17. §. 1. ff. eod. v. c. ut usucapionem interpellet, l. 1. §. fin. ff. Usufr. quemad. cav. l. Sed si. 15. §. fin. ff. b. t.* cum ususfructus totus sit in gratiam fructuarii, *ZOES. ff. eod. n. 3. PEREZ. in C. d. t. n. 18.* An igitur causam licebit meliorem reddere? Utique, fortè si lumina immittat, coloribus, picturis, marmoribus, sigillis parietem ornet, *l. Si cuius. 13 § 7. § fin.* hæc tamen nisi formam aut qualitatem rei immutaverit, puta prædium voluptarium, viridaria, vel gestationes, aut deambulationes, arboribus infructuosis opacas & amœnas habens, dejiciendo, inque earum locum arbores frugiferas substituendo; utcunque transformatione plus obventurum redditus prætexatur, *d. l. Si cuius. 13. §. 4. § 7. l. Quamvis. 8. l. Usufructuarius. 44. ff. b. t. GAIL. 2. obs. 67. n. 11. SCHNEIDEW. ad §. 1. Inst. eod. n. 9. cæteroquin utifruui prohibetur, l. Repeti. 5. §. 2. ff. Quib. mod. ususfr. am.* Exinde relucet, quod nec inchoatum ædificium consummare queat, *l. Usufructuarius. 61. ff. b. t.* aut altius tollere, tantòq; minus novum extruere, *d. l. 13. §. 7. d. l. Sed si. 15. pr. d. l. Usufructuarius. 44. d. l. Repeti. 5. §. fin.* nisi ad fructus reponendos necessarium, *d. l. 13. §. 6. l. Si areæ. 73. ff. b. t. Excell. Dn. STRUV. d. Ex. ad π. 10. th. 22. § d. Diss. de ædif. priv. thes. 26. § 28.* eò quòd non improbabiler domino displicere possit; utne rei suæ mutatio contingat invito domino, *per d. l. 44. verb. non tamen id suo jure & c. ZOES. d. l. n. 25. PEREZ. d. l. n. 17.* Quod si ædificaverit, nec petere impensas, nec tollere refixa aut vindicare potest, *d. l. 15. pr.* quod tamen vasallo permissum, *2. F. 28. §. Si vasallus.* Ex quo nec opus novum nunciare potest nomine propriò, sed saltim procuratoriò, *l. 1. §. ult. ff. de oper. nov. nunc. TREUTL. d. l. th. 12. lit. C.* tanquam custos rei: quo intuitu censetur habere custodiæ mandatum, *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. Usufr. quemad. n. cav. n.* si ipse dominus novum opus in fundo moliatur: & tum non hoc remedium sed ususfructus vindicatio locum habet, *l. Si autem. 2. de oper.*

*oper. nov. nunc. Excell. Dn. PRÆSES Diss. pro Loco hab. de nov. op. nunc-
th. 4.* Ergone abscissè utilem servitutis vindicationem intentare nequit?
Ita videtur *per l. 1. pr. l. Utifru. 5. §. 1. ff. Si ususfr. pet.* Sed quid num fun-
do fructuario servitutem acquirere potest? Ne hoc quidem, *d. l. 15. §. fin.
l. De servitutibus. 2. §. 2. ff. si serv. vind.* quoniam servitus debetur præ-
dio, quod cum non sit fructuarii, nec ei servitutem rectè acquirat, *BOCER.
de jur. dom. & vasall. l. 2. c. 6. n. 30.*

LVII. Tuitio *specialis* etiam bimembris est, & consistit partim in
avertendis damnis ac incommodis, cum qualiacunque, etiam tenuicu-
la, ex suo vel suorum facto rei obtingentia omni sui parte dependere ob-
ligetur, *d. l. 15. l. Sed emm. 65. ff. h. t. junct. l. Si ut. 5. §. 12 ff. Commod.
CASTILL. hic c. 20. n. 17.* partim verò in reparatione modica (in *Erhaltung
Dach und Fach*) propriis sumptibus adhibenda, sicubi res quippiam con-
traxere vitii, *d. l. Usufructu. 7. §. 2. & 3. l. Si extraneo. 46. §. 1. l. Cum fru-
ctuarius. 64. ff. h. t. l. Eum. 7. C. eod.* utique si causam usufructus, eamq;
præsentem illa respiciat, *d. l. 7. §. 2. l. Quero. 28. ff. de usufr. leg.* Sicut
& maritus impensas fructuum colligendorum causâ factas cum ipsis
fructibus compensat, *l. Vel si. 3. §. fin. l. pen. & ult. ff. de impens. in res
dot. fact. PEREZ. d. l. n. 18.* Tenetur proinde sollicitius servis impendia
cibariorum ac valetudinis prospicere, *l. Sicut. 45. ff. h. t. gregem per mo-
dum universitatis relictum ex foetu supplere, l. Vel utilium. 69. & l. seq.
ff. eod. §. Sed si. 38. Inst. de R. D. vites & arbores in locum demortuarum
ex seminario, si quod sit, subserere, l. Agri. 18. ff. d. t. agrum proscinde-
re, aquæductum incorruptum conservare, ædes integritati restituere,
d. l. 13. §. pen. d. l. 7. §. fin. ff. eod. d. l. 7. C. d. t. Quod si curam non in-
terpretans reficere detrectet, vel certè aliquantò negligentior id nimium
protelet, servitute omnimodò privari quiverit, *l. Hoc amplius. 9. §. fin. ff.
de damn. infect.* quinimò damnò ejus culpâ datò, utut callidò consiliò
derelinquere servitutem gestiat, nihilomagus absolvendus est, *d. l. 65.* Sed
enim damna fatalia, *l. Arbores. 19. ff. h. t.* neque non impensæ quanti-
vis pretii ad perpetuam proprietatis existentiam facientes, tangunt pro-
prietatis dominum, *d. l. Usufructu. 7. §. 3.* quas si fructuarius justa de
causa erogaverit, retentione aut negotiorum gestorum actione solenni-
ter consequitur, *d. l. Eum. 7. CASTILL. c. 17. PEREZ. d. l.* tum enim non
tam fructuum quantitas quam impensarum qualitas cogitatur, *arg. d. l.
Vel si. 3. §. 1.* At è diverso si temporius ante perfectionem usufructus*

H

domi-

dominus quid impenderit, non habet reposcendi copiam, *l. Titius. 50. ff. h. t.*

LVIII. Properamus ad *alterum* genus onerum, quod est tributorum vectigaliumque solutio, *d. l. Usufructu. 7. §. 2. l. Usufructu. 52. ff. eod. d. l. Quæro. 28.* horum enim contemplatione ipsa prædia non personæ conveniuntur, hoc est, non de domino sed de possessore quæritur, ut eleganter ait Dn. FRANTZK. *d. l. n. 20.* Idque, ordinariè sive extraordinariè sint imposita, *d. l. Si pendentes. 27. §. 3. ff. h. t. l. Neg. 13. ff. de impens. in res dot. fact. l. Fructus. 13. ff. de act. emt.* Dn. CARPZ. *p. 1. C. 32. def. 50. n. ult.* quò ruunt etiam servitia militaria, Magn. Dn. Richter. *dec. 20. n. 4. ubi subdit præjudicium, ad requisitionem* Gener. Dn. Wolff Melchioris à Griesheim emissum; dum ne æstimationem fructuum absorbeant, ut monet BART. *ad l. Quatuor. 30. §. 1. ff. de leg. 3.* quò casu à domino refundenda sunt, *arg. l. Fructus. 7. §. fin. ff. solut. mat. d. l. Vel si. 3. §. 1. ff. de impens. in res dot. l. Quatuor. 30. §. 1. ff. de leg. 3.* KLOCK. *de contrib. c. 11.* Dn. CARPZ. *1. Resp. 105. n. 12. Add. CASTIL. c. 56. n. 3. & seqq.* quorum intuitu hæc omnia præstantur, *d. l. Neg. 13. in fin.* BACH. *ad Treutl. d. l. 1b. 13. lit. B. & C.* Id quod etiam in patre, cui ususfructus in peculio liberorum adventitio erat, moris est, Magn. Dn. Richter. *d. l. n. 8.*

LIX. Dicta de effectu ususfructus obtinent, usque dum sit *integer*. Quippe rerum dominia habemus ut inde capiamus fructum; & verò quoniam in usufructu nihil non emolumentum inest; *l. Mævius. 66. §. pen. ff. de legat. 2.* inutilis omninò foret nuda proprietas, si ille de se perpetim duraret, *§. 1. Inst. de usufr.* Eaque propter superest agamus quæpiam, quib. vicissim emoriatur & intereat. Id autem (pressè neque non ad effectus juridicos, præprimis juris accrescendi, accommodatè) *duplitem* contingit, vel enim amittitur, vel finitur, PAUL. *lib. 3. sent. c. 6. §. l. usufructus amissus. 1. §. Finitur.* quamvis nonnullibi laxius & promiscuè hæ voces usurpentur, *rubr. ff. Quib. mod. usufr. am. §. Finitur. 3. Inst. de usufr.* Ex quo est, quod ususfructus amissus restituitur: at finitus propriâ autoritate occupatur, CASTIL. *c. 6.* Dn. FRANTZK. *ff. h. t. n. 1.* Prædictas causas, cum quædam earum sint *præter naturam* ususfructus, quædam *secundum* eam, duorum generum dici autumo, *externas & internas.* Externæ oriuntur vel ex *subjecto*, tam conferente, quam acquirente, vel ex *objecto*. Subjecti conferentis causa proficiscitur ex tanta copia & legatorum quantitate, quæ hereditatem, in qua ususfructus testamentò con-

stitu-

stitutus est, penitus deglutit, Dn. CARPZOV. p. 3. C. 13. def. 8. n. 1. quò casu fortè rectius is diceretur saltim irritus fieri, quandoquidè perfectio nondum insecuta fuerit. Ex parte acquirentis extingvitur vel ipsius morte, vel usufructus renunciatione. Mors duplex est, civilis & naturalis: ideoque partim exhibet causam externam, partim internam. Externa, quæ amittitur, est maxima & media capitis deminutio, quæ cum civitate tollit insimul jura inde dependentia, d. §. pen. l. 1. in pr. & §. 2. ff. b. t. l. Idem. §. ff. de usufr. accresc. l. pen. §. fin. C. de usufr. Olim amittebatur etiam minima, PAUL. d. l. §. Capitis, ibid. Cujac. & probatur ex l. 1. l. Repeti. §. ff. b. t. quæ hujus rei causa fuerit, vid. ap. Bachov. ad §. Finitur. 3. Inst. de usufr. n. 3. Hodiè non item, quòd per eam civitas non perditur: & ita penes arrogatum durat ipsum jus, etsi propter potestatem arrogatori cedat commoditas, d. §. fin.

LX. Enimverò nostris moribus illa pœnarum genera infrequentia sunt, ut communis habet opinio; & locò deportationis habetur bannum Imperiale cum annexa bonorum publicatione, SCHULTZ. in Synops. Inst. quib. mod. jus pot. solv. quòd similiter mortem civilem infert, GAIL. 2. de pac. publ. c. 1. n. 24. BACH. ad Tr. d. D. 16. th. 14. lit. D. JASON. in auth. Non licet. C. de lib. prat. Sed quid, num taliter confiscatur usufructus? Vix crediderim, eò quòd juris est, nec alienationi subjacet, ceu cujus nomine continetur omnis actus, quo transferri potest dominium, l. 1. C. de fund. dot. fructus autem, quia in facto consistunt, omninò confiscantur, GOMEZ. var. res. tom. 2. c. 15. n. 12. Sed enim utut reus delicti gratiam à principe quandoque impetraverit, usumfructum tamen, ut semel amissum, non recuperat, JASON. in l. Si is. ff. de usuc. n. 83. PEREZ. in C. d. l. n. 30. At tamen bonorum publicationem hodiè non esse in usu dicit Dn. CARPZ. prax. crim. p. 3. q. 135. n. 8. & seqq. Cæterum morti civili quadrat amissio usufructus, civitati relictæ, qui tametsi videretur aut prorsus non reverti, aut potius non deberi, cum periculum esset, ne perpetuò duraret, validè tamen judicatus est constitui, eà lege, ut illius corporis everfione seu quasi morte (puta cum aratrum patitur ut Chartago) l. Si usufructus. 21. ff. b. t. vel longævò hominum senescendorum terminò, à LL. ad 100. annos computatò, revocatur, l. An usufructus. 56. ff. de usufr. l. Si usufructus. 8. ff. de usufr. lep. Vide LÆLIUM MANCINUM collatione tripl. jur. lib. 2. c. 159. Idem rectè attribueris usufructui Collegio aut Ecclesiæ legato, l. Ut inter. 23. C. de SS. Eccles. Dn. LUDW. D. 5. th. 11. Sincelthaus. obs. pract. 100.

LXI. *Renunciatio* subjecti acquirentis est vel *expressa* vel *tacita*.
Expressa detegitur voluntariâ juris concessi abdicatione, & itidem est
duplex, *Consolidatio* & *Cessio*. Consolidatio est, quando fructuarius ac-
quirit rei proprietatem, ut solida reddatur sic proprietas, *l. Si tibi. 17. l. Si*
servus. 27. ff. b. t. l. Si fructuarius. 4. ff. Usufr. quemad. cav. d. S. fin. Inst. de
usufr. & tum usufructus formalis corruptio est causalis generatio, SCHN-
ad d. S. fin. n. 9. quandoque tamen reviviscit, *l. Quoties. 34. pr. l. Si domi-*
nus. 57. ff. eod. Cessio in jure fit solenniter proprietatis domino, *l. Si usus-*
fructus. 66. ff. de jur. dot. Anne & extraneo? Negativa verior est, *per l. 1. S. 4.*
l. Quod meo. 18. S. 1. ff. de acq. poss. ut enim ratione *translationis* quoad in-
tentionem agentis, & personam cessionarii putativi, annullatur actus: ita
abdicationis intuitu ex ratione juris & præter intentionem cedentis
agi aliquid, ac quasi dictatâ isthac fraudulentæ cessionis poenâ usumfru-
ctum ad proprietarium reverti credimus, simulatque illa cessio de facto
fuerit verificata; cæteroquin amabò quid dubitabile Jctus in *d. l. 66.*
proposuisset, cum & absq; cessione usufructus ex sua causa ad proprie-
tatem rediturus sit: & quotuscunq; erit, qui rem in usumfructum taliter
concederet? siquidem fructuarius sagaciter destructionem servitutis
præsentiscens, eam continuò transferre posset in novam fructuarii per-
sonam, fortè juvenem & diuturniùs victuram, verè & eleganter docente
Dn. FRANTZK. *ad ff. b. t. n. 8. & Exerc. 5. q. 5. n. 7. usq; ad fin.* BACH. *ad Treutl.*
d. l. th. 10. lit. A. & B. & ad Wesenb. ff. eod. tit. item ad S. Finitar. 3. Inst. de
usufr. n. 6. Sic & moris est de jure Saxonico, ut mulier cedens dotalitium,
cujus quodammodo usumfructum habere intelligitur, jure suo prorsus
cadat, *Weich. att. 39. & art. 57. WESENB. ff. b. t. n. 5. in fin.* Tacita renuncia-
tio colligitur vel ex *usu contrario*, vel ex *non-usu*, *d. S. pen. Inst. de usufr. &*
utrobq; tam in certa parte, quàm in toto usufructu, *l. Excepta. 14. l. Pla-*
cet. 25. ff. b. t. Usû contrario (seu deterioratione) perditur non observan-
do legem & qualitatem, quæ præscribitur vel à conferente, ut ita non vi-
deatur utifruui, qui non eò quo debet modò utitur, *l. Servitutes. 4. S. 1. ff.*
de servit. l. Si communem. 10. & l. seq. ff. Quem. serv. am. l. Si divinarum. 2.
de aq. quot. vel à lege, l. 1. S. 5. & 6. ff. b. t. utpote quæ servitutem ab eo ju-
bet facessere, qui concessâ sibi potestate abutitur, *arg. can. Privilegium.*
x1. q. 3. Quod tamen non abscessè verum suspicor, sed ita demum, si dete-
rioratio sit quantivis pretii, *l. Hoc amplius. 9. S. fin. ff. de damn. infect.* neq;
res divisionem commodam recipiat, *d. l. 14. d. l. 25.* fortè quòd poena ca-
duci-

ducitatis tanquam odiosa extra casus à lege expressos non ita protinus & simpliciter inducenda, BACHOV. *ad Tr. d. l. th. 6. lit. F. & ad Wesenb. d. l. n. 8.* Dn. FRANZK. *ff. h. t. n. 6.* In feudo idem observari statuunt Interpp. *arg. auth. Qui rem. C. de SS. Eccles. SCHRADER. p. 9. c. 6. n. 59. & seqq. SONSBECK p. 12. n. 67.* quo casu præterquam quòd vasallus amittit feudum, etiam damnum resarcire devincitur, CASTILL. *l. 4. n. 19. & c. 21.* Excell. Dn. STRUV. *D. F. 15. th 5.*

LXII. Non-usu perditur usufructus, si nec ipsemet fructuarius utatur, nec ejus nomine alius, *l. Non utitur. 38. ff. de usufr.* quippe ad usumfructum fundi retinendum sufficit cultura, nostro nomine peracta, *l. Servitus 5. cum l. seq.* Sed quid juris, si nec utatur cessionarius? Disting. an jus percipiendi adeptus sit titulò *lucrativò*, num *onerò*. Illic utique servitute amittere fructuarius evincitur eò, quòd nihil planè coloris prætexi queat, cujus intuitu re utifruui eum dixeris: *hic* verò non item, potissimùm quòd ejusdem contemplatione in fruitionis locum subit pretium, *d. l. 38. cum l. seq.* Idque etiamsi cessionarius alii concesserit, *per l. Qui universas. 30. §. ult. ff. de acqu. poss. extraneo* tamen, non ipsi domino: rationem differentiae vide apud ZOES. *ad ff. h. t. n. 17.* PEREZ *in C. eod. n. 26.* Oportet verò non-usum protelari per tempus definitum (idque per exceptionem: cum tempus non sit modus tollendæ obligationis, *l. Obligationum. 44. §. 1. ff. de O. & A.*) quod olim in rebus mobilibus erat annus, in immobilibus verò biennium, *d. l. pen. in fin. pr. C. de usufr. PAUL. 1. Sent. t. 17.* Hodie indistinctè in rebus tam *mobilibus* quàm *soli* est decennium inter præsentés, & vicennium inter absentes, *l. pen. C. de servit. & aqu. l. ult. C. de præser. long. temp.* quippe non tam objectum, quàm ipse usufructus, qui rebus immobilibus ubique aggregatur, inspiciendus est, Magn. Dn. FRANZK. *d. l. n. 4.* Dn. LUDW. *ad Wesenb. h. t. not. Hodie decennium.* Sed annè eodem tempore actioni personali pro usufructu competenti præscribitur? Utique: Sequitur enim naturam ipsius usufructus, cujus gratiã introducta est; quamvis alioquin actiones personales demum per 30. aut 40. annos interire consueverint, *l. pen. C. de constit. pecun. CASTILL. c. 67.* PEREZ *d. l. n. 27.* Verùm jus Saxon. requirit ad amittendum usumfructum 30. annos, annum & diem, SCHEIDW. *d. l. n. 7.* & tantundem temporis ad præscribendum actioni de usufructu, HEIG. *ad §. fin. Inst. de usufr. n. n.* quemadmodum & uxor, si post obitum mariti intra idem tempus dotalitium non exegerit, exceptione præscriptionis postmodò

repellitur, *Landr. lib. 1. art. 29. BERLICH. P. 2. Concl. 8. n. 17. & Cont. 50. n. 62. Dn. CARPZ. P. 2. C. 44. def. 6.* Illud hinc quæstionis est, quid obtineat, si quispiam usumfructum habens saltem utatur? Dist. inter *scientem*, quod non solus usus sed ususfructus relictus sit, & inter *ignorantem*. *Priori* iacturæ est opinio, quæ deesse facit animum fruendi: *posteriori* non item, quod scientia non utendo parte totum retineri faciat, *l. Is qui. 20. ff. h. t.* Conf. *ZOES. d. l.* At enim verò hæc eatenus vera sunt, quatenus absolutè ususfructus constitutus est; non perinde si ad certum tempus vel ad singulos annos: quippe hoc casu, quia plura sunt legata, non utendo perdi nequit, *l. Si ususfructus. 28. ff. eod.* cum quoties amittitur, quodammodo repetitus reputatur, *l. Sicut. 3. pr. ff. d. t. l. In singulos. 8. ff. de ann. legat.*

LXIII. *Causis internis* finitur ipsò jure ac suò quasi ipsius fatò, *HORTENS. ad d. §. Finitur. 3.* Et quidem I. morte naturali subjecti acquirentis, *d. l. pen. C. de usufr. d. l. Sicut. 3. d. l. Excepta. 14. CÖLER. P. 1. Dec. 194. n. 1.* dum ne iudiciò testatoris aut verbis stipulationis ad heredes devolvatur, *d. l. Repeti. 5. pr. l. Stipulatio. 38. §. 10. ff. de V. S. & tunc quod exorbitat à natura sui, non ad heredes heredum (ut maximè aliàs heredum nomine hi veniant, l. Heredis. 170. ff. de V. S.)* Sed ad primum saltem, quod sanè singulare est, *l. Qui liberis. 8. §. fin. ff. de vulg. & pup. subst.* transmittitur, *l. Antiquitas. 14. C. h. t. l. Sciendum. 70. ff. de V. S. junct. l. In annalibus. 22. C. de legat.* Nec verò morte conferentis interit, cum jus ab eo habeatur, cui libera concessa rei dispositio, quam servat heres, *l. Necessario. 8. §. fin. ff. peric. & comm. rei vend. l. Si patri. 3. §. fin. C. de usufr. ZOES. ff. h. t. n. 3. PEREZ C. d. l. n. 20.* Quid verò si deductò ususfructu ex tempore legata sit proprietas, & heres ante istud iverit ad plures, utrum protinùs veniente die plena hæc debetur legatario, numve quia necdum deduci ususfructus potuit, novus radicatur in persona secundi heredis? Priorem sententiam verioremdicam, *l. Qui usumfructum. 36. §. 1. vers. Hoc ita. ff. de usufr. l. Sempronius. 26. pr. vers. Sed his. ff. de usufr. leg. quem vers. (Sed his) à TRIBON. probabiliter adscriptum autumat BACHOV. in d. §. Finitur. 3. Inst. de usufr. n. 2. ad fin.* Illud non dubito, quin si cui legetur ususfructus, ut ejus morte proximis cognatis testatoris obveniât, ea proximitas quæ tempore mortis testatoris est, non quæ fructuarii, cogitanda, *Dn. CARPZOV. P. 3. C. 13. def. 16. n. 13.* ubi subdit præjudicia. Nec annotare supervacu-
um

um opinor, quod ususfructus per servum aut filiumfam. acquisitus,
 superveniente filii emancipatione, vel morte tam naturali quam civi-
 li, item manumissione servi, vel morte vel quacunq[ue] alienatione, in
 persona patris vel domini stabilis perduret, quoniam in ea semel radi-
 catus est: nec è converso factum patris, cui per filium accessit usufu-
 ctus, ipsi obest filio, quippe cujus contemplatione magis, quam patris
 relictus est, *l. ult. C. de usufr. quamvis ex ratione juris veteris morte*
 patris haud dubiè finitus fuerit, BACH. *d. l.* Insuper illud non indignum
 monitu, quasi usumfructum non nisi morte, civili ac naturali pariter
 (ut ita itidem exulet hac specie minima cap. deminutio, qua de paulò
 antè, *vid. Bach. ad Wesenb. ff. de usufr. ear. rer. n. 4.*) extinguì, *l. Et si. 7.*
§. 1. ff. usufr. quem. cav. l. In stipulatione. 9. cum l. seq. ff. de usufr. ear. rer.
 reliqui enim modi, quia dominium hìc planè transit in fructuarium,
 adoptari non possunt, DN. FRANZK. *ad ff. eod. n. fin. nisi & cum vero u-*
 suctu huic commune reputes, quando ad tempus vel conditionem
 relictus est, *Gl. in d. l. In stipulatione. 9. uti nunc sequitur. II. Impletò*
 tempore, ad quod iudiciò testatoris vel conventionè restrictus est, *l. In-*
terdum. 15 ff. b. t. l. Et puto. 16. §. 2. ff. Fam. hercisc. l. Cujus. 30. ff. de u-
sufr. leg. 1. Si pater. 5. l. Ambiguitatem. 12. C. de usufr. PEREZ d. l. num. 23.
 quippe ad tempus concessa, eò lapsò videntur denegata & revocata,
 ZOES. *ad ff. de constit. princ. § ff. b. t. n. 24.* Idque, etiamsi antè, quàm
 effluerit illud certum tempus, fructuaris decedat, *d. l. Ambiguita-*
tem. 12. vers. nisi ipse. junct. d. l. Antiquitas. 14. III. Modò & conditio-
 ne adjecta existente, *l. Si sub conditione. 16. ff. b. t.*

LXIV. Ex objecto provenientes causæ sunt I. Rei fructuariæ
 hostilis occupatio, *l. Si ager. 26. ff. eod. ff. eod. id quod ex jureg. descen-*
dit, l. Naturalem. 5. §. fin. ff. de A. R. D. GROT. De J. B. & P. lib. 3. c. 6.
 re tamen ab hostibus recuperatà, jure postliminii in speciem quasi re-
 convalescit, quod non tam videtur periisse, quàm ejus usus tantisper
 sopitus, *l. Postliminium. 5. §. 1. ff. de capt. & postlim. rev.* II. Respectu
 formæ essentialis vel speciei interioris mutatio: quod usu venit rebus
 in aliud nomen transeuntibus, *d. l. Repeti. 5. §. 2. & 3. l. Qui usumfru-*
ctum. 36. pr. ff. de usufr. d. §. Finitur. 3. Etenim ususfructus est quedam
 rei qualitas: & verò nova forma rem esse facit aliam, tantoque magis
 re penitùs sublatà qualitas ampliùs nulla datur, velut cum arbore si-
 mul interit vis poma producendi, *l. Est enim. 2. ff. d. t.* Id quod ratione
 606-

contiguitatis usufructui cum cæteris servitutibus commune est, *arg. l. Cum usumfructum. 24. §. 1. ff. h. t.* An item ratione *habilitatis*, puta ut restitutâ rei qualitate usufructus (ad exemplum servitutum realium, *l. Servitutes. 20. §. 2. ff. de S. U. P.*) redintegretur? Non dixerim, *per d. l. Qui usumfructum. 36. pr. l. Quid tamen. 10. §. 7. ff. h. t. l. Qui res. 98. §. 8. ff. de solut.* inde adeò ut citissimè, quàm fieri possit, suæ proprietati reddatur, *arg. l. Si grege. 22. ff. de legat. 2. Dn. FRANZK. d. l. n. 7.* Scilicet à privatione formam insequente, quæ Philosophis dicitur terminus corruptionis ad quem, impossibilis est naturaliter ad idem numerò regressus, masculè id asserente Ampl. Dn. STAHL. *reg. tit. 17.* sed enim ad idem specie datur quidem regressus per naturam, qui tamen ob datam rationem fructuario neutiquam proficiuus, eò quòd ædibus incendiò consumtis vel aliò modò dirutis, ne in area quidem (ceu parte *ἑτερογενῆ*) subsistit, *d. l. Repeti. 5. d. §. 3.* Et hætenus in feudo secus est, quòd licet ædes taliter perierint, illud tamen interim in area illibatum remanet; diversitatis rationem hanc assignant, quòd usufructus non tam in solo & area quàm superficie consistat: at feudum ut quædam species domini in ipsum solum penetret ac ædium substantiam contingat, Exc. Dn. STRUV. *Ex. F. 15. th. 4. & d. Diss. de adif. priv. th. 70.* Age dum si alveò desertò flumen non simplicì inundatione sed totum unò impetu in agrum quempiam effundatur, ut dubitare subsit, utrū in eo perpetim mansurum, an in pristinum alveum reversurum, tum sanè usufructus rectè interversus dicitur, quandoquidem videtur eò casu amissa & proprietas, omninò ut nec desertus ille alveus restituatur domino priori, sed cedat vicinis prædiis, *l. Si ager. 23. cum l. seq. pr. ff. h. t. BACHOV. ad §. Quod si. 21. Inst. de R. D. num. 4.* Quod si res ex parte saltem (puta fundus chasmate) perierit, in salva parte homogenea salvus quoque usufructus durat, *l. Si cui. 53. ff. de usufr. CASTILL. c. 42. BACH. ad d. §. Finitur. 3. n. 7.* Nec verò mutatione domini interveniente vel expressè (vendendo) vel tacitè (patièdo ulucapi) destruitur, *l. Servo. 18. cum l. seq. ff. h. t. l. Locum. 17. §. 2. ff. de usufr. l. Verbis. 2. C. eod. l. Omnis. 3. §. ult. ff. usufr. quemad. cav.* quòd nullâ societate domini jungatur, *l. Justo. 44. §. 5. ff. de usucap.* nisi desuper consenserit ipse fructuarius, *l. Apud. 4. §. 12. ff. de dol. mal. & met. except. ibiq.* GOTHOFR. *lit. Q.* Sed contrahenda vela sunt.

Moniti meliora sequemur.

F I N I S.









A 54567

ULB Halle 3
003 637 700




f

Sb.

12

VD 17





20

IO JURIDICA
DE
FRUCTU,

Quam
IRANTE GRATIA
LI PRÆSIDIO
I R I
ISSIMI, CONSULTISSIMI
ELLENTISSIMI
DN.

STRAUCHII
T. PROF. PUBL. FAMI-
ILIARI SAXONICI SPE-
PROVINCIALIS, FACULT.
AT. ASSESSORIS GRA-
SSIMI,
toris sui debitè perpetim
nerandi,
XXV. MAIJ
dandum proponit
MARTIN Köler/
TOR.

N Æ
IANNIS NISII,
OC LIII.